CATECHISMUS PARVUS

Martin Luther, Matthaeus Dresser

Digitized by Google

Catech. 459 h Luther

CATECHISMVS PARVVS

D. Martini Luteri,

CVM SCHOLIS ET NONnullis textibus biblicis de festis anni,

Item precationibus scholasticis.

MATTHAEI DRESSERI.

Ex ludo inclyto Misnæ.

VITEBERGAE

Excudebant hæredes Iohannis Cratonis.

ANNO M. D. LXXXI.

Sū Ioh. Georgij a Werdenstein

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

AMPLISSIMIS VIRIS, VIRTVTE ET PRVDENTIA præstantibus, Consulibus & Senatoribus Reipub. quæ est Dresdæ, Dominis & amicis suis officioſè colendis,

S. P. D.

Matthæus Dresserus.

MAGNA, ME puero, opinio fuit, & est fortasse multorum etiam nunc, Catechismum MARTINI LVTERI *ad paruulos solum pueros, qui literas in scholis discunt, pertinere, adoleſcen-*

tibus verò alium vberioris doctrinæ Catechetice librum esse proponendum. Hinc adeò factum est, vt complures & quidem diuersi exierint, atque in scholas emanarint libelli explicationem partium Catechismi continentes. Etsi autem horum ego iudicium non improbo, neq; vllius studium augendæ atque ornandæ doctrinæ Catechetice reprehendo: tamen, quod pace mihi liceat dicere, hoc effici inde videtur, vt non solum de manibus excutiatur adolescentibus Catechismus LVTERI, *sed distrahantur etiam diuersitate explica-*

plicationis discentium animi. Quamobrem graui sane et sapienti consilio Saxoniæ Princeps, AVGVSTVS, Imperij Romani Septemuir edicto sanxit, ne alius in hisce ludis Illustribus Catechismus, quã MARTINI LVTERI usurpetur, aut à discentibus exigatur. Cuius quidem edicti caussam quamuis mihi subdito inquirere minus liceat: Eo tamen prodesse intelligo, vt forma vna & certa in scholis retineatur, velut ὑποτύπωσις τῶν ὑγιαινόντων λόγων, quod S. Paulus fieri iubet.

Opinio saltem eorum mi-

rum tam placere, quàm Catechismum, & rectè quidem. Nam in hoc incredibili luce & breuitate orationis tota biblia comprehendit. Deinde non minus in Luteri Catechismo traduntur rerum definitiones, diuisiones, causæ, effectus, pugnantia, quàm in aliorum prolixioribus libris, si quis ea scitè satis & literatè possit elicere. Et hæc ipsa quidem sic pertractat Luterus, vt identidem ad fontes digitum intendat, & ex vi sensúq; verborum doctrinam siue interpretationem omnem eruat.

Quod

Quod cum ita sit: relinquitur sane, alio libello Catechetico scholis nostris opus non esse, praeter hunc LVTERI *Catechismum: cum eiusmodi prorsus sit, vt adultioribus etiam cum commodo praelegi possit, & si penitus inspiciatur, omnia etiam quae ad hoc genus doctrinae pertinent, in eo inueniantur.*

Hoc ego cum in interpretatione Catechismi D. LVTERI *mihi propositum haberem, atque spectarem: tantum me consecutum esse arbitror, vt verborum & rerum momenta atque pondera in eo cogno-*

scere atque intelligere discipuli mei cœperint, nec catechetícum librum alium desiderent. Quid enim impedit, quo minus talibus fundamentis iactis, mox vel locorum communium, vel contextuum Biblicorum enarratio suscipi, ac percipi etiam à discentibus commode possit?

Accommodare autem conatus sum interpretationem meam ad ipsum autorem, qui vt in exponendo, de industria breuis fuit; sic me quoq; perstringere breuiter atque attingere in interpretando necessaria oportere existimaui. Vberio-

beriorem verò explicationem ad capita doctrinæ Christianæ, quæ post Catechismum adultioribus discipulis tradere cœpi, reseruo.

Factum est autem studio quodam simplici, nec à pietate abhorrenti, vt hasce meas in Catechismum D. Luteri commentationes pueriles ad collegium, senatumq; theologicum in Academia Vuitebergensi mitterem: vt si fortè probaretur hæc expositionis meæ forma, typis describeretur, quo vsui esse discipulis meis magis posset. Laboriosum est enim toties eadem di-

ctare

ctare discentibus: perniciosius vero multò commutatis verbis, aut variatis sententijs efferre atque inculcare. Hic cum honeste liberaliterq; de hisce dictatis meis iudicaret consilium theologicum, eaq; ad editionem officinæ non grauatim appararent, in publicum hasce meas lucubrationes prodire passus sum.

Cumq; ad vos etiam spectatissimi viri, Consules atque Senatores Reipub. Dresdensis, ex parte aliqua, doctrina, quæ in hoc Illustri ludo traditur, pertineat, propterea quod filios vestros, Illustriss. Princip.

cip. Elect. Saxo. conceſſu, frequentes huc mittitis: non alienum vel à veſtra amplitudine, vel etiam à profeſſione mea eſſe putaui, ſi interpretationem talem Catechiſmi LVTERI *vobiſcum communicarem. Idque eò primùm, vt nomine atque conſenſu veſtro, tanquam patrocinio atque ornamento commentariolo mei vtar: Tum vt doctrinæ Catechetica, quam percipiunt in hoc ludo filij veſtri, exemplum expreſſum vobis exhibeam, ex quo iudicare de tota doctrinæ artium ac literarum forma, quæ beneficio ac munere*

nere DEI *in hac schola sonat, positis. Vtinam verò probari vobis ex omni parte cum doctrinam ipsam, tum etiam hoc appellandi vos consilium meum, cognoscam. Nihil erit, mihi credite, quod reportare me posse putem amplius aut iucundius. Valete. Ex ludo VIIvirali, Misenæ. 4. Idus Iulij. Anno 1581.*

DECEM PRÆCEPTA.

I

Non habebis Deos alienos coram me.

II.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

III.

Memento vt diem Sabbati sanctifices.

IIII.

Honora patrem & matrem, vt sis longæuus super terram.

V.

Non occides.

VI.

Non mœchaberis.

VII.

Non furtum facies.

ut & nos dimittimus debitoribus nostris, Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo, Amen.

DE SACRAMENTO *Baptismi.*

EVntes, docete omnes Gentes, Baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur.

DE SACRAMENTO *Altaris.*

DOminus noster Iesus Christus, in ea nocte, qua traditus est, accepit panem, & postq; gratias egisset, fregit, ac dixit: Accipite, comedite, Hoc est corpus

corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in mei commemorationem.

Similiter & postquam cœnauit, accepto calice, cum gratias egisset, dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, Hic calix nouũ Testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis effunditur, in remissionem peccatorum. Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in mei commemorationem.

QVO PACTO PÆDAGOGI SVOS PVEROS DECEM Præcepta simplicissimè docere debeant.

I.

Non habebis Deos alienos coram me.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus Deum super omnia timere, diligere & illi confidere.

II.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus Deum timere & diligere, vt ne per nomen eius maledicamus, iuremus, incantemus, mentiamur, aut dolis fallamus. Sed in omni necessitate illud inuocemus, adoremus, & cum gratiarum actione laudemus.

III.

Memento vt diem Sabbati sanctifices.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus Deum timere & diligere, ne diuinos sermones, eius verbum contemnamus. Sed vt sanctum reputemus, libenter audiamus & discamus.

IIII.

Honora patrem & matrem, vt sis longæuus super terram.

Quid

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus Deum timere & diligere, ne parentes & Dominos nostros contemnamus, neq; ad iram commoueamus: Sed honore afficiamus, illis seruiamus, morem geramus, amore eos prosequamur, & magni faciamus.

V.

Non occides.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus Deum timere & diligere, ne vitæ proximi nostri incommodemus aut ægrè faciamus: Sed illum adiuuemus & promoueamus in omnibus vitæ necessitatibus.

VI.

Non mœchaberis.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus Deum timere & diligere, vt castè & pudicè viuamus, in verbis ac operibus, vt vnusquisque suam coniugem amet & honoret.

VII.

Non furtum facies.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus Deum timere & diligere, ne proximo suam pecuniam, aut bona sua auferamus, neque falsis mercibus aut impostura ad nos pertrahamus: Sed demus operam, vt illius opes conseruentur, & eius conditio melior reddatur.

VIII.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus Deum timere & diligere, ne proximum falsis mendacijs inuoluamus, prodamus, traducamus, aut infamia aliqua afficiamus: Sed illum excusemus, aliquid boni de eo loquamur, omnia in meliorem partem interpretantes.

IX.

Non concupisces Domum proximi tui.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus Deum timere & diligere,

gere, ne hæreditatem vel domum proximi dolo malo captemus, & sub specie recti, nostris facultatibus adiungamus. Sed detur opera sedulò, vt ista proximo diligenter custodiantur.

X.

Nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus Deum timere & diligere, ne à proximo vxorem, seruos, ancillas, vel pecudes suas abalienemus aut abstrahamus. Sed illos adhortari oportet, vt maneant, & suum officium diligenter faciant.

Quid autem summatim dicit Deus de his præceptis omnibus? Responsio.

Sic dicit Exodi xx.

Ego sum Dominus Deus tuus, fortis zelotes, visitans iniqui-

tatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me: & faciens misericordiam in multa millia, his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Deus minatur pœnam omnibus, qui ista præcepta transgrediuntur. Debemus itaq; expauescere & timere iram Dei, & nihil contra huiusmodi præcepta facere. Rursus promittit etiam suam gratiam, & omnia bona, omnibus qui ista mandata obseruant. Meritò igitur debemus nos Deum diligere, & illi confidere & iuxta mandata eius omnem nostram vitam, sedulò & diligenter instituere.

QVO PACTO PÆDAGOGI SVOS PVEROS SYMbolum Apostolicum simplicissimè docere debeant.

ARTICVLVS PRIMVS
de Creatione.

Credo in Deum patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Credo quod Deus creauit me vnà cum omnibus Creaturis: Quòd corpus & animam, oculos, aures & omnia membra, rationem & omnes sensus mihi dedit, & adhuc sustentat: Ad hæc, quòd vestes & calceos, cibum ac potum, domum, vxorem, liberos, agros, iumenta & omnia bona, cum omnibus vitæ necessarijs, copiosè & quotidiè largitur, me contra omnia pericula protegit, & ab omnibus malis liberat ac custodit: Et hæc omnia ex mera sua paterna ac diuina bonitate & misericordia, sine vllis meis meritis aut vlla dignitate. Pro quibus omnibus illi gratias agere, pleno ore laudem tribuere, inseruire, & obsequi, meritò debeo. Hoc certissimè verum est.

ARTI

Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus, Descendit ad inferna, tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Credo quòd Iesus Christus verus Deus à patre ante secula genitus, Idemq; verus homo, natus ex Maria virgine, sit meus Dominus, qui me perditum & damnatum hominem redemit, & ab omnibus peccatis, à morte & potestate Satanæ liberauit, non quidem auro & argento, sed suo

sancto

sancto ac precioso sanguine, suaque immerita passione & morte, vt ego essem propriè ipsius, & in ipsius regno sub ipso viuerem, ac liberaliter seruirem, in perpetua iustitia & innocentia, perinde ac ipse à morte resurrexit, viuit & regnat in æternum. Hoc certissimè verum est.

ARTICVLVS TERTIVS, *De Sanctificatione.*

Credo in Spiritum sanctum. Sanctam Ecclesiam catholicã. Sanctorum communionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Et vitam æternam, Amen.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Credo me propriis rationis meæ viribus Iesu Christo Domino meo fidere, aut ad eum accedere, nullo modo posse. Sed Spiritus sanctus per Euangelium me vocauit, suis donis illuminauit, recta fide sanctificauit & conseruauit. Quemadmodum solet

toram

totam Ecclesiam in terra vocare, congregare, illuminare, sanctificare, & in Iesu Christo per rectam vnicã fidem conseruare, in qua Ecclesia mihi & omnibus Christianis, omnia peccata quotidiè benignè remittit, & nos omnes in extremo die à morte suscitabit, mihi & omnibus in Christum credentibus vitam æternam daturus. Hoc certissimè verum est.

QVO PACTO PÆDAGOGI SVOS PVEROS Orationem Dominicam simplicissimè docere debeant.

Pater noster, qui es in cœlis.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Deus amanter nos hac præfatiuncula inuitat, vt verè credamus eum nostrum verum patrem, nosq; eius veros filios esse, vt eo confidentius plena fiducia oremus. Quemadmodum videmus liberos certa fiducia aliquid à parentibus suis rogare.

PRIMA PETITIO.

San-

Sanctificetur nomen tuum.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Nomen *DEI* per se quidem sanctum est, verùm nos oramus hac petitione, vt apud nos quoq; sanctificetur.

Qua ratione fit istuc? Responsio.

Cum verbum Dei purè & syncerè docetur, & nos secundum illud, vt filios Dei decet, piè viuimus, In quo adiuua nos, mi Pater, qui es in cœlis. Qui verò aliter docet vel viuit, quàm verbum Dei docet, ille nomen inter nos profanat. Ne autem hoc accidat, tu prouide mi pater cœlestis.

SECVNDA PETITIO.

Adueniat regnum tuum.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Regnum Dei venit etiam per se, sine nostra oratione, sed petimus hac precatione, vt ad nos quoq; perueniat.

Qua ratione fit istuc? Responsio.

Cum

Cum Pater cœleſtis dat nobis ſuum ſanctũ Spiritum, vt ipſius ſancto verbo, per ſuam gratiam credamus, ac pie hîc temporalem, illic æternam vitam agamus.

TERTIA PETITIO.

Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, ſic & in terra.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Bona ac miſericors Dei voluntas fit quoq; ſine noſtra oratione, ſed rogamus hac petitione, vt etiam fiat apud nos in cordibus noſtris.

Qua ratione fit iſtuc? Reſponſio.

Cùm Deus frangit atq; impedit omne malum conſilium & voluntatem, quæ nobis nomen Dei non ſanctificent, regnumq; eius ad nos peruenire non ſinant, vt eſt Diabolus, mundi & carnis noſtræ voluntas. Deinde cùm confortat & conſeruat nos firmiter, in ſuo verbo & fide, vſq; ad finem vitæ noſtræ. Hæc eſt ipſius miſericors ac bona voluntas.

QVAR-

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Deus dat quidem omnibus panem quotidianum, quamuis non petamus, etiam malis hominibus: At nos precamur hac petitione, vt cognoſcamus hoc, atq; ita panem noſtrum quotidianum cum gratiarum actione accipiamus.

Quid autem ſignificat panis quotidianus? Reſponſio.

Significat omne, quod ad vitæ noſtræ neceſsitatem ac ſuſtentationem pertinet, veluti cibum, potum, veſtes, calceos, domum, agros, pecudes, pecuniam, diuitias, probam coniugem, probos liberos, probos ſeruos, probum ac fidum Magiſtratum, bonum Reipub. ſtatum, commodam aëris temperiem, pacem, ſanitatem, modeſtiam, honorem, bonos amicos, fidos vicinos, & id genus alia.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Petimus hac prece ne Pater cœlestis velit spectare peccata nostra, atque ita istorum remissionem nobis denegare: quandoquidem nullis rebus, quas petimus, digni sumus. Sed vt velit nobis sua gratia largiri omnia, quæ quotidie multifariam peccamus, & nihil nisi pœnam meremur. Tunc nos quidem vicissim ex corde condonabimus ijs, à quibus in nos peccatum est, illisq; libenter benefaciemus.

SEXTA PETITIO.

Et ne nos inducas in tentationem.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Deus quidem neminem tentat: Sed tamen petimus hac petitione, vt ipse nos custodiat & conseruet, ne Sathanas, mundus, & caro nostra nobis imponant, & nos à recta fide ad superſti-

superstitionem, desperationem, atq; alia grauia scelera & flagitia seducant, & vt maximè eiusmodi tentationib. sollicitemur, ne succumbamus, sed vt tandem vincamus, ac triumphemus.

SEPTIMA PETITIO.

Sed libera nos à malo.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Oramus hac prece, tanquam summatim, vt Pater noster, qui in cœlo est, liberet nos ab omnibus malis ac periculis, corporis & animæ, bonorum & honorum. Et vt tandem, cùm hora mortis venerit, felicem vitæ exitum largiatur, nosq; pro sua gratuita bonitate, ex hac miseriarum valle, ad se in cœlum recipiat.

Amen.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Vt ego sim certus eiusmodi petitiones à patre nostro cœlesti esse acceptas & exauditas. Quia ipse nobis mandauit, vt ad istum modum oremus, promisitq; se nos exauditurum esse. Amen, Amen, id quod significat,

cat, certè, certè, hæc debent ita euenire.

QVO PACTO PÆDAGOGI SVOS PVEROS SAcramentum Baptismi simplicissimè docere debeant.

Primùm.

Quid est Baptismus? Responsio.

Baptismus non est simpliciter aqua, sed quæ sit diuino mandato inclusa, & verbo Dei comprehensa.

Quod est igitur tale verbum Dei? Responsio.

Vbi Dominus noster Iesus Christus dicit, Matthæi vltimo:

Euntes, docete omnes Gentes, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

SECVNDVM.

Quid præstat aut confert Baptismus? Responsio?

Operatur condonationem peccatorum, liberat à morte, à diabolo, & do-

& donat æternam beatitudinem, omnibus qui credunt hoc, quod verba & promissiones diuinæ pollicentur.

Quæ sunt verba & promissiones diuinæ? Responsio.

Vbi Dominus noster Iesus Christus dicit, Marci vltimo:

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur.

TERTIVM.

Qui potest aqua tam magnas res efficere? Responsio.

Aqua proculdubio non efficit, sed verbum Dei iuxta aquam, & vna cum aqua, & fides quæ tali verbo Dei in aqua credit. Quia aqua sine verbo Dei est simpliciter aqua, & non Baptismus. Sed si verbum Dei adijcitur, est Baptismus, hoc est salutaris aqua vitæ, & lauacrum regenerationis in Spiritu sancto, sicut Paulus ait ad Titum 3.

Sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis ac renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos opulenter, per Iesum Christum seruatorem nostrum, vt iustificati illius gratia, hæredes efficeremur, iuxta spem vitæ æternæ, indubitatus sermo.

QVARTVM.

Quid significat autem ista in aquam immersio? Responsio.

Significat quòd vetus Adam debet subinde per mortificationem ac pœnitentiam in nobis submergi & extingui, cum omnibus peccatis & malis concupiscentijs, atque rursus quotidie emergere ac resurgere nouus homo, qui in sanctitate & iustitia coram *DEO* viuat in æternum.

Vbi hoc scriptum est? Responsio.

Sanctus Paulus ad Rom. 6. dicit: Sepulti igitur sumus vnà cum Christo per Baptismum in mortem, vt quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis, per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

QVO

QVO PACTO PÆDAGOGI SVOS PVEROS *breuem confitendi rationem simplicissimè docere debeant.*

Reuerende & chare Domine, per ego te Deum oro, da mihi ad animæ meæ consolationem fidele consiliũ.

Quidnam consilij expetis?

Responsio.

Ego miser homo, confiteor & conqueror tibi coram *DEO* Domino meo, quòd sum multorum peccatorum reus, atq; adeò nullis non iniquitatibus obnoxius. Mandata Dei non seruo, Euangelicæ doctrinæ non verè credo, Nihil boni facio, Mala & aduersa non patienter fero. Præcipuè autem perpetraui hoc vel illud, quod conscientiam meam grauat. Quapropter quæso, dic mihi loco *DEI* peccatorum meorum solutionem, & consolare me verbo *DEI*.

ALIA CONFITENDI forma.

Ego liberè confitendo, tanquam miser peccator, accuso me corã Deo & apud te, quòd omnibus peccatis & incredulitatis & blasphemiæ *DEI* plenus sum. Sentio enim verbum *DEI* nullum in me facere fructum, illud quidem sæpè audio, sed ex corde ac seriò non amplector. Deinde charitatis officia ergo proximum nõ exerceo, irascor & inuideo illi, ipsum odio prosequens. Sum impatiens, auarus, & ad omne malum propensus. Quamobrem cor meum & conscientia mea valdè grauata sunt, libenterq; ab eiusmodi peccatis liberarer. Obsecro, vt velis paruam fidem meam confirmare, & territam meã conscientiam per verbum *DEI* atq; promissionem consolari & erigere.

Cur vis Sacramentum Altaris sumere? Responsio.

Propterea quòd volo animam meam ex æquo *DEI* verbo atq; signo confirmare, & ita peccatorum meorum gratiam consequi.

Tamen

Tamen in confessione consequeris remissionem peccatorum?

Responsio.

Quid tum postea: Ego volo etiam Sacramentum, nobis à Christo tanquam signum gratiæ relictum, simul cum verbo sumere, atq; ita verbum Dei subinde accipere. Quo enim sæpius, hoc melius.

QVO PACTO PÆDAGOGI SVOS PVEROS Sacramentum Altaris simplicissimè docere debeant.

Quid est Sacramentum Altaris? Responsio.

Sacramentum Altaris est verum corpus, & verus sanguis Domini nostri Iesu Christi, sub pane & vino, nobis Christianis ad manducandum ac bibendum ab ipso Christo institutum.

Vbi hoc scriptum est? Responsio.

Sic scribunt sancti Euangelistæ, Matthæus, Marcus, Lucas, & sanctus Paulus.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus, in ea nocte, qua traditus eſt, accepit panem, & poſtq; gratias egiſſet, fregit, ac dixit: Accipite, comedite, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in mei commemorationem.

Similiter & poſtquam cœnauit, accepto calice, cum gratias egiſſet, dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, Hic calix nouũ Teſtamentum eſt in meo ſanguine, qui pro vobis effunditur, in remiſsionem peccatorum. Hoc facite, quotieſcunq; biberitis, in mei commemorationem.

Quid verò prodeſt ſic comediſſe & bibiſſe? Reſponſio.

Id indicant nobis hæc verba: Pro vobis datur & effunditur in remiſsio

nem

nem peccatorum. Nempè quòd nobis in Sacramento condonatio peccatorum, vita & iustitia per hæc verba tribuuntur. Vbi enim remissio peccatorum est, ibi est & vita & iustitia.

Qui potest corporalis manducatio tam magnum quid efficere? Responsio.

Manducare ac bibere equidem non efficiunt, sed illa verba, quæ hic stant, *PRO* vobis datur & effundi-tur in remissionem peccatorum. Quæ verba sunt circa corporalem huius cibi ac potus participationem, tanquam caput & summa in Sacramento. Et qui fidit his verbis, ille habet quod dicunt ac sonant, Nempè remissionem peccatorum.

Quis autem vtitur hoc Sacramento digne? Responsio.

Ieiunare & corpus suum præparare, est quidem bona & externa disciplina. At ille est verè dignus ac probè paratus, qui habet fidem in hæc verba, *PRO* vobis datur & effunditur

funditur in remissionem peccatorum. Qui verò his verbis non credit aut dubitat, ille est indignus ac imparatus. Quia hoc verbum *PRO VOBIS*, requirit omnino corda credentia.

QVO PACTO PÆDAGOGI SVOS PVEROS FORmam Benedictionis vnam mane, alteram vesperi dicendam, simplicissimè docere debeant.

Manè cùm surgis lecto, signabis te signo sanctæ Crucis, dicens:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Deinde innitens genibus, vel stans, dicas Symbolum & orationem Dominicam. Si vis, potes & hanc precatiunculam addere.

GRatias ago tibi mi Pater cœlestis, per Iesum Christum Filium tuum dilectum, quod me hac nocte ab omnibus incommodis ac periculis conseruasti. Oro te, vt velis me hac

hac die quoq; conseruare à peccato & omnibus malis, vt tibi omnia mea facta, atq; adeò tota vita benè placeant. Quia ego me, meumq; corpus & animam, ac omnia in manus tuas commendo. Tuus sanctus Angelus sit mecum, ne Diabolus vllum ius in me reperiat, Amen.

Posteà alacriter ad tua studia accedendum.

Vesperi cùm confers te cubitum, signabis te signo sanctæ Crucis, dicens:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Deinde innitens genibus, vel stans, dicas Symbolum & orationem Dominicam. Si vis, potes & hanc precatiunculam addere.

GRatias ago tibi mi Pater cœlestis, per Iesum Christum filium tuum dilectum, quòd me hac die gratuita misericordia custodiuisti. Oro te, vt velis mihi condonare omnia peccata mea quæ iniustè perpetraui, velis

velisq; me hac nocte tua gratia benignè conseruare. Quia ego me, meumq; corpus & animam, ac omnia in manus tuas committo. Tuus sanctus Angelus sit mecum, ne Diabolus vllum ius in me reperiat, Amen.

Atq; ita tandem securè & tranquillè dormiendum.

QVO PACTO PÆDAGOGI SVOS PVEROS Benedictionem Mensæ, & Gratiarum actionem, simplicissimè docere debeant.

BENEDICTIO MENSAE.

Pueri debent complicatis manibus, modestiam præ se ferentes, ante Mensam stare, ac dicere:

OCuli omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno, Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Scholia.

Benedictio

Benedictio significat hic, quòd omne animal tantum cibi nanciscitur, vt propterea sit latum & hilari animo. Nam cura & auaritia talem benedictionem impediunt.

Deinde Orationem Dominicam, cum Oratione sequenti.

Domine Deus pater cœlestis, benedic nobis & his donis, quæ de tua largitate sumimus, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

GRATIARVM ACTIO.

Sic quoq; post cibum sumptum, debent ad eundem modum modestè complicatis manibus dicere:

CONfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Qui dat escam omni carni, qui dat iumentis ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, neque in tibijs viri beneplacitum erit ei.

Benepla-

Beneplacitum est Domino super timentes eum,& in eis qui sperant super misericordia eius.

Deinde Orationem Dominicam, cum oratione sequenti.

Gratias agimus tibi Domine Deus pater,per Iesum Christum, Dominum nostrum, pro vniuersis beneficijs tuis, qui viuis & regnas in secula seculorum,Amen.

ELEGANTES QVAEDAM ex scriptura sententiæ pro omnibus sanctis ordinibus ac statibus, per quas illi tanquam propria quadam lectione sui officij & muneris admonentur.

EPISCOPIS, PAROCHIS, & Concionatoribus.

OPortet igitur Episcopum irreprehensibilem esse,vnius vxoris maritum, vigilantem, sobrium, modestum, hospitalem, aptum ad docendum,

cendum, non vinolentum, non percussorem, non turpiter lucri cupidũ, sed æquum, alienum à pugnis, alienum ab auaritia, qui suæ domui benè præsit, qui liberos habeat in subiectione cum omni reuerentia, non nouitium, &c. 1. ad Timot. 3. ad Tit. 1.

QVID DEBEANT AVDItores Episcopis suis.

Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. 1. Corinth. 9. Communicet Doctori in omnibus bonis is, qui docetur verbo. Galat. 6. Qui benè præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Obedite præpositis vestris, & cedite eis. Ipsi enim vigilant, quasi rationem pro animab. vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit vobis. Ebrę. 13.

DE MAGISTRATIBVS.

Omnis anima potestatibus superemi-

minentibus subdita sit. Non enim est potestas nisi à Deo. Quæ verò sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt. Itaq; quisquis resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem restiterint, sibi ipsis iudicium accipient. Nō enim frustra gladium gestat. Nam Dei minister est, vltor ad iram ei, qui quod malum est fecerit, ad Rom. 13.

QVID SVBDITI MAGIstratibus debeant.

Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari: Matthæi 22. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Ideoq; necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideò enim & tributa præstatis. Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. Reddite ergò omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem. Roma. 13. Adhortor primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimi-

tate

tate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, cum omni pietate & grauitate, 1. Tim. 2. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, &c. Tit. 3. Subditi estote omni humanæ creaturæ, propter Dominum, siue Regi tanquam præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis, &c. 1. Pet. 2.

MARITIS.

Viri similiter cohabitent secundum scientiam, veluti infirmiori vasi muliebri impartientes honorem, tanquam etiam cohæredes gratiæ vitæ, ne interrumpantur preces vestræ, 1. Petri 3. Viri diligite vxores vestras, & ne sitis amarulenti aduersus illas, ad Col. 3.

VXORIBVS.

Similiter vxores subditæ sitis vestris viris, tanquam Domino, quemadmodum Sara obediuit Abrahæ, dominum illum appellans, cuius factæ estis filiæ, dum benefacitis, & non terremini vllo pauore, 1. Pet. 3.

PARENTIBVS.

Patres, ne prouocetis ad iram liberos vestros, Sed educetis eos per eruditionem & correptionem Domini. ad Ephes. 6.

LIBERIS.

Filij, obedite parentibus vestris in Domino, nam id iustum est: Honora Patrem tuum & matrem, Quod est præceptum primum in promissione, vt benè tibi sit, & sis longæuus in terra. Ad Ephes. 6.

SERVIS, ANCILLIS, MERcenarijs, & cæteris ad laborem conductis.

Serui obedite ijs, qui domini sunt iuxta carnem, cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis vestri, tanquam Christo, non ad oculum seruientes, veluti hominibus placere studentes, sed tanquam serui Christi, facientes, quæ vult Deus ex animo, cum beneuolentia seruientes Domino, & non hominibus, illud scientes,

tes, quòd vnuſquiſq; quod fecerit boni, hoc reportabit à Deo, ſiue ſeruus fuerit, ſiue liber. Ad Epheſ. 6.

PATRIBVS FAMILIAS & Matribus familias.

Et vos domini eadem facite erga illos, remittẽtes minas, ſcientes, quòd & veſter ipſorum Dominus eſt in cœlis. Nec perſonæ reſpectus eſt apud illum. Epheſ. 6.

COMMVNI IVVENTVTI.

Similiter iuniores ſubditi eſtote ſenioribus, ſic, vt omnes, alius alij viciſsim ſubijciamini: Humilitatem animi vobis infixam habete, propterea, quòd Deus ſuperbis reſiſtit, humilib. autem dat gratiam. Humiliemini igitur ſub potenti manu Dei, 1. Petri 5.

VIDVIS.

Porrò quæ vera Vidua eſt, ac deſolata, ſperat in Deo, & perſeuerat

in obsecrationibus ac precationibus noctu dieq. Porrò quæ in delitijs versatur, ea viuens mortua est, 1. Tim. 3.

OMNIBVS IN commune.

Dilige proximum tuum sicut teipsum: In hoc sermone omnia præcepta summatim comprehenduntur, ad Rom. 13. Et ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, &c. 1. Tim. 2.

Cuiq; sit in primis magnæ suæ lectio curæ,
Vt domus officijs stet bene recta suis.

Ein jeder lern sein Lection/
So wird es wol im Hause ston.

EXPO-

EXPOSITIO

CATECHISMI D. LVTHERI.

Quid significat Catechismus, vel Catechesis?

SIGNIFICAT doctrinam viua voce traditam: quod fit, cum docens interrogat, & discens respondet, & audita repetit, à verbo κατηχέω, quod est, voce erudio. Inde est κατηχητὴς, qui nouitios in fide Christiana erudit. Et κατηχέμενος discipulus doctrinæ Christianæ. Item verbale nomen κατήχησις vel Catechismus, latinè pueriles institutio, Eine Kinderlehr oder mündliche vnterrichtung der einfeltigen in der Christlichen Lehr.

Vt cum Præceptor vel Parens tradit & inculcat discipulis, vel liberis suis decem præcepta Dei, Symbolum, Orationem Dominicam, vel verba institutionis Baptismi, vel Cœnæ sanctæ: ea doctrina est Catechesis, vel Catechismus: quia est institutio puerilis, vel colloquium docentis & discentis.

Quid est Catechismus?

Catechismus est doctrina siue institutio rudiorum in religione Christiana, quæ fit viua voce.

Quis est vsus Catechismi Lutheri?

I. Catechismus Lutheri est epitome totius doctrinæ Christianæ, parua quidem numero verborum, sed magna pondere rerum siue doctrinæ.

II. Est regula fidei, & iudicij de omnibus partibus doctrinæ Christianæ, & de controuersijs Ecclesiæ. Quicquid enim cum Catechismo congruit, id verum est, & amplectendum: Quod verò à doctrina Catechismi discrepat aut dissentit, id falsum est & reijciendum.

EXEMPLVM.

ANtinomi die Gesetzstürmer contendunt legem in Ecclesia non esse docendam. Hæc est doctrina impia & falsa. Nam in prima parte Catechismi de Decalogo præcipitur, & flagitatur ab omnibus hominibus obedientia erga legem DEI. Ex quo sic argumentatur Christianus;

Doctrina

Doctrina de obedientia erga DEVM, & vero cultu DEI, dilectioneq; proximi, est necessaria in Ecclesia.

Lex est talis doctrina.

Igitur lex est necessaria in Ecclesia.

II.

Pontificij calumniantur doctrinam Ecclesiæ reformatæ, quasi bona opera reiiciat aut prohibeat: cum nos sola fide in Christum iustificari affirmat. Verùm Catechismus diserte hanc calumniam refutat, qui in principio statim bona opera iuxta Decalogum exponit & vrget.

III.

Religio Turcica confitetur quidem vnum Deum: sed negat tres personas diuinitatis. Hoc falsum est: quia Catechismus noster recitat tres articulos fidei nostræ, in quibus confitemur DEVM patrem, filium, & Spiritum sanctum.

IIII.

Papistæ docent neminem oportere absq; vlla omnino dubitatione apud semetipsum statuere se esse iustificatum: vt habent decreta cõcilij Tridentini. Sed hoc impium est, quia tertius articulus fidei in

Catechismo diserte ait: Credo remissionem peccatorum: & addit: Hoc certissime verum est.

V.

Nonnulli naturalib. viribus humanæ voluntatis tribuunt vim seu facultatem applicandi i.e. præparandi se ad gratiam Dei. Sed Catechismus noster in tertio articulo fidei ex S. Scripturis negat simpliciter, nos propriis rationis nostræ viribus ad Christum accedere posse, aut illi credere: Sed à Spiritu sancto illuminari, per Euangelium vocari &c.

VI.

Anabaptistæ negant infantes esse baptisandos. At Catechismus noster docet omnes gentes esse baptisandas. Infantes sunt gentes. Ergo sunt baptisandi. Alioqui hæredes regni cœlorum fieri non possunt.

VII.

Sacramentarij negant in cœna sancta nos ore percipere corpus & sanguinem Christi. Sed Catechismus noster docet, nos in cœna sacra manducare corpus Christi, & bibere sanguinem eius, secundum expressa verba testamenti Christi.

DE

DE ORDINE PARTIVM CATECHISMI.

PRimo loco Decalogus ponitur, quia legem DEI ante omnia nosse oportet, vt quæ opera DEVS à nobis requirat, sciamus. Deut. 6. Erunt verba legis tibi in corde tuo, & acues ea filijs tuis, & loqueris de eis semper & vbicq. Acues, id est, inculcabis, seuerè exiges.

II. Symbolum siue fides Christiana. Quia enim legi DEI non obedimus, vt quidem debemus: fide ad Christum mediatorem confugere nos oportet: vt per ipsius mortem & meritum remissionem peccatorum, salutem & vitam consequamur.

III. Oratio dominica, vt quæ, & quomodo petenda sint, sciamus.

IIII. Accedit Sacramentum Baptismi, vt quo pacto, & cur baptisati simus cognoscamus.

V. Additur Sacramentum cœnæ, cuius vsum præcedit confessio peccatorum, & absolutio, vt habeamus certum pignus, vel sigillum gratiæ DEI, iustitiæ & vitæ æternæ.

DE

DE PRIMA PARTE SEV CAPITE CATECHISMI, *Decalogo.*

DEcalogus est sermo siue oratio, decem mandatorum siue præceptorum DEI.

Vnde sumpta est appellatio Decalogi?

Ex *10.* capite Deuteronomij, vbi hæc præcepta DEI vocantur decem verba.

Nominatur etiam lex DEI moralis, quia docet, & præcipit de moribus & vita, explanans quæ opera DEVS à nobis postulet, & quæ prohibeat.

REGVLA.

In negatiuo præcepto semper inclusum est affirmatiuum. Ergo in quolibet præcepto duplex sententia continetur, negatiua & affirmatiua. Negatiua quidem prohibet ea opera, quæ vitare vel omittere debemus. Affirmatiua vero præcipit ea opera, quæ DEVS à nobis vult fieri. Vt primum præceptum est propositio seu sententia negatiua quidem, dum prohibet Idolatriam: sed inclusa est simul etiam affirmatiua, quæ requirit

quirit veram agnitionem DEI, timorem, & fidem.

DIVISIO DECALOGI.

DEcalogus diuiditur in duas tabulas primam & secundam: Idq; eo fit, quod DEVS ipse Decalogum in duabus lapideis tabulis conscripsit, & Moysi tradidit. Exodi 31.

Prima tabula complectitur tria præcepta, 1. 2. & 3: præcipitq; verum DEI cultum.

Secunda tabula comprehendit septem sequentia præcepta, sancitq; cultum proximi, hoc est, præscribit officia seu opera, quæ erga proximum exercere oportet.

ANALYSIS SIVE EXPLICATIO PRIMI præcepti.

Non habebis Deos alienos &c.

HOc præceptum prohibet habere Deos alienos. Ergò è contrario iubet habere vnum verum DEVM.

Cur

Cur nominat hoc Præceptum DEOS: cum tantum vnus sit DEVS?

Quia DEVS est ὁμώνυμον, id est, vox plura significans. Cuicunq; enim rei penitus confidit homo, eam pro DEO habet. Cuiusmodi sunt opes, potentia, robur, & Idola omnia. Qui igitur vni horum confidit, DEVM ex eo facit.

Habere Deos alienos, est confidere siue spem suam collocare in eas res, quæ non sunt DEVS, vt, opes non sunt DEVS: quicunq; igitur confidit opibus, is habet alienum DEVM, id est, colit id loco Dei, quod DEVS non est. Daniel. *12.* Philip. *3.*

Habere verum DEVM, est agnoscere, colereq; vnum illū DEVM conditorem & conseruatorem rerum omnium, & ab eo solo pendere, opemq; & salutem ab illo petere & expectare Deut. *6.*

Explicatio Luteri.

Debemus DEVM supra omnia timere, diligere, & illi cōfidere.

Sunt igitur tres virtutes summæ, quas primum præceptum à nobis requirit:

1. Ti-

1. *Timor* DEI.
2. *Dilectio.*
3. *Fides.*

Timor DEI est virtus, verbo DEI obedire studens, & ne vlla in re eum offendat, cauens.

Dilectio est virtus, qua DEVM vicissim amamus, propter summum & paternum illius in nos amorem, & grata illi facere, quanta possumus, studemus.

Fides est Fiducia, in DEI bonitate, & misericordia fixa & locata *1. Cor. 13.*

His cognatæ sunt virtutes, agnitio DEI, humilitas, spes, & patientia.

Quid est humilitas?

Humilitas est virtus cognata timori DEI, qua agnoscimus propriam indignitatem, & DEO reuerenter nos subijcimus, nec quenquam despicimus.

Quid est spes?

Spes est cognata fidei, expectans scilicet promissa DEI bona.

Quomodo differunt fides & spes?

Fides amplectitur præsens bonum; spes verò expectat futurum.

Patientia est virtus, modestè ferens aduersitates, dolores, & iniurias, subinde mitiga-

mitigationem & liberationem à Deo expectans.

Quicunq; igitur sic timet DEVM, ita amat, adeoq; confidit illi, vt nihil in vita sua pluris faciat, quam DEVM, is primo præcepto obtemperat.

Porro cum timore DEI pugnat Epicureus contemtus DEI, cum dilectione DEI pugnat odium DEI. Cum fide pugnat incredulitas, hypocrisis, securitas, superstitio, & idolatria, id est, cultus Dæmonum & aliarum rerum prohibitarum. Quicunq; igitur DEVM contemnit, fastidit, odit, vel spem suam in res alias, vt opes, potentiam, siue præsidium humanum, sapientiam propriam, voluptates, magis quàm in DEVM collocat, is violat primum præceptum: quia alienum DEVM habet atq; colit.

Epicurus est, qui vitæ huius commoda sectatur, neglecto DEO.

Superstitio est falsa opinio, tribuens rei vim, sine causis Physicis, & sine ordinatione DEI.

Examen primi Præcepti.

Quot sunt consideranda in quolibet Præcepto?

Quatuor.

Quatuor. 1. Doctrina ipsa. 2. Gratiarum actio. 3. Confessio. 4. Precatio.

Primùm enim considerandum est, quid doceat præceptum DEI: vt primum præceptum docet, esse vnum verum DEVM, qui vnice à nobis diligi & coli velit.

Secundò gratias agere debemus DEO, quod tanta bonitate voluntatem suam nobis manifestauit.

Tertiò, addenda est confessio: Fateor autem ô DEVS, me præcepto, & voluntati tuæ nequaquam obedire, nec ita te diligere, aut tibi confidere, vt primum præceptum requirit.

Tandem accedat precatio: Quare te oro, ô DEVS, vt mihi peccatori sis propitius, propter Filium tuum mediatorẽ.

II. PRAECEPTVM.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

Nomen DEI est DEVS ipse, & verbum eius, per quod cognoscitur. Nomen enim est, quod naturam rei declarat.

Assumere nomen Domini in vanum, significat irreuerenter DEVM appellare, vel ignominia ipsum afficere, vel abuti

verbo DEI. Contra DEI nomen rectè vsurpare, significat DEVM verè inuocare, adorare, & laudare.

In vanum) Id est, temere, inutiliter, irreuerenter.

Hæc in explicatione Luteri perspicuè traduntur.

Exponit enim vtramq; sententiam, primùm negatiuam, quæ prohibet ea, quæ facere non debemus, vt sunt, maledicere per nomen DEI, iurare, incantare, mentiri, aut fallere per nomen DEI. Contra verò affirmatiua docet, quæ facere nos velit hoc secundum præceptum, videlicet inuocare nomen DEI, adorare, & gratias illi agere.

Sunt igitur virtutes siue opera, quæ requirit hoc præceptum:

1. *Inuocatio DEI.*
2. *Confessio.*
3. *Iusiurandum.*

Inuocatio DEI continet petitionem bonorum corporalium & Spiritualium, ac gratiarum actionem pro omnibus beneficijs à DEO acceptis. Psal. 50.

Confessio est manifesta prædicatio DEI, & verbi ipsius coram DEO & hominibus, quodcunq; periculum tandem sequatur, Matt. 10. Iusi-

Iusiurandum complectitur precationem, vt DEVS sit testis veritatis, & imprecationem siue obligationem ad pœnam mendacij. Deut. 6. 10.

Proba iusiurandum pertinere ad secundum Præceptum Decalogi?

Precatio pertinet ad secundum præceptum Decalogi.

Iusiurandum complectitur precationem.

Ergo iusiurandum pertinet ad secundum Præceptum Decalogi.

CONTRA.

Quod Christus prohibet, non est faciendum.

Christus prohibet iusiurandum, cum inquit: Omnino non iuretis. Matth. 5.

Ergo omnino iurandum non est.

Resp. ad minorē, in qua est fallacia à dicto secundū quid ad dictum simpliciter. Nam Christus non prohibet omne iusrandū, sed id duntaxat, quod temere fit. Tres sunt species iurisiurandi concessi, i legitimi:

1. *Cum magistratus præcipit.*
2. *Cum vocatio postulat, causa tuendi famam vel vitam.*
3. *Cum alioqui controuersia expediri non potest. Vnde ad Hebræos 6. dicitur: Omnis controuersiæ finis est iusiurandum.*

Qui ergo DEVM vere inuocet, cõfitetur, & rectè iurat, is obedit secundo præcepto. Qui vero inuocare DEVM recusat, vel frigidè inuocat, nec confitetur DEVM, & religionem veram, vel peierat, vel magiam exercet, is violat secundum præceptum.

Discrimen primi & secundi præcepti.

Primum præceptum postulat cultum DEI, vigentem in corde.

Secundum verò flagitat cultum DEI, expressum voce. Rom. *10.* Corde creditur ad iustitiam, scilicet in primo præcepto: Ore fit confessio ad salutem, scilicet in secundo præcepto.

EXAMEN SECVNDI PRAECEPTI.

1. Doctrina. IN secundo præcepto requiris à me ô DEVS, veram inuocationem, confessionem, & vsum nominis tui. Pro hac paterna declaratione voluntatis tuæ gratias tibi ago. Fateor autem me multô esse infirmiorem, quàm vt huic præcepto tuo satisfacere possim. Quamobrem te oro propter filium tuum, vt effundas in me Spiritum gratiæ & precum, qui suscitet in me studium veræ inuocationis & cõfessionis in omni tempore & loco. *III.*

2. Gratiarum actio.

3. Confessio.

4. Precatio.

III. PRAECEPTVM.

mento vt diem Sabbati sanctifi-
ces.

abbatum est idem, quod quies, vel
tio, siue vacatio. Est vox hebræa.
at apud hebræos significat, idem
d quies. Germanicè Feyer oder ruhe

Vnde orta est Sabbati appellatio?

A quiete DEI. Nam DEVS quieuit
imo die creationis, ab omni opere,
d fecerat, Genesis 2.

anctificare significat DEO, & rebus
vsibus diuinis destinare, atq; tribue-

st igitur sanctificare Sabbatum, absti-
ab alijs operibus, & solius DEI cul-
vacare.

Obiectio.

abbatum est dies septima, quam vocamus diem Saturni.

Christiani non sanctificant diem Saturni.

Christiani igitur non sanctificant Sabbatum.

Respondeo primùm ad maiorem:
vera est secundum legem ceremonia-

lem siue ordinationem Moysi, quæ ad nos in nouo testamento non pertinet. Deinde respondeo ad minorem: Christiani sanctificant eum diem, quem Ecclesia in nouo testamento ordinauit. Quare & Christiani sanctificant Sabbatum, si septimum diem cuiusq; hebdomadis cultui diuino tribuant, : Siue is dies sit Saturni siue Solis, dum modo septimus dies, id est, ex septem diebus vnus sit.

Argumentum contra Iudæos.

Qui sanctificat septimum diem, sanctificat Sabbatum.

Christiani sanctificant septimum diem.

Ergo Christiani sanctificant Sabbatum.

Quem cultum DEVS à nobis flagitat in die Sabbati?

DEVS non vult aliter coli, quam iuxta verbum suum, Ezech. 20. Est itaq; necessaria verbi DEI tractatio in Sabbato. Act. 13.

Porro ad verbi DEI tractationem opus est ministerio Euangelij, & Ecclesiastico ordine, vt decenter verbum DEI possit doceri, & disci. Rom. 10.

Quot sunt partes ministerij in Ecclesia?

Duæ: Docere, & audire siue discere. Psalm. 45. Matth. 28.

Docere

Docere est officium Sacerdotis, siue Pastoris, item administrare Sacramenta, absoluere à peccatis agentes pœnitentiam, & retinere peccata contumacibus, Iohan. 20.

Audire vero est munus discentis, item venerari, & ornare ministerium in Ecclesia quibuscunq; officijs, & subsidijs, 1. Cor. 14.

Vtriusq; autem docentis & discentis commune officium est, ornare doctrinam Verbi moribus pijs, cauereq; ne vel professionem suam, vel ministerium deforment dictis aut factis, quibus gloria DEI lædatur.

Quæ sunt Virtutes siue opera tertij Præcepti?

Studium, meditatio, & tractatio verbi DEI in Ecclesia publica & priuata siue domestica. Item veneratio & conseruatio ministerij, siue ministrorum Ecclesiæ & Scholarum. Leuit. 26.

Contra vero peccata, siue vitia tertij præcepti sunt, contemtus verbi & Sacramentorum. Item ministrorum Ecclesiæ & scholarum. Num. 15. Herem. 17. Nehem. 13.

Nullumne licet opus facere in Sabbato?

Licét. CONTRA.

Sabbatum est quies.

Opus non est quies.

Igitur Sabbatum non admittit vllum opus.

Respondeo ad minorem, quæ intelligi debet de opere eo, quod impedit ministerium verbi seu cultum DEI. Alia verò opera, quæ neq; cultum DEI impediunt, neq; proximum offendunt, non sunt prohibita in Sabbato, sed mandata potius à DEO, in hoc dicto: Misericordiam magis volo, quàm sacrificium. Hoseæ 6.

Estne beneficentia erga proximum prohibita in Sabbato?

Non. *Proba?*

Misericordia est mandata in Sabbato.

Beneficentia erga proximum, est opus misericordiæ.

Igitur beneficentia erga proximum est mandata in Sabbato. Luca 14.

Licetnè præliari in Sabbato?

Licet. *Proba?*

Misericordia est mandata in Sabbato.

Defensio legitima in casu necessitatis, est opus misericordiæ.

Ergo

Ergo defensio legitima siue bellum, est mandatum in Sabbato, præsertim in casu necessitatis, vbi dimicandum est pro aris, id est, religione, & focis. 1. Maccab. 2.

Quomodo differt hoc præceptum à præcedentibus?

Tertium præceptum sancit & postulat, cultum ceremoniarum in Ecclesia.

Quare nos Christiani pro Sabbato sanctificamus diem dominicum, qui Solis dies appellatur?

Christiani propter duas causas sanctificant diem dominicum.

I. Propter memoriam resurrectionis Christi ex morte, quæ die Dominico facta est. Ethnici hunc diem Soli tribuerunt: Christiani eundem diem Soli iustitiæ, qui est Christus, consecrarunt. Apocal. 1.

II. Sanctificant Christiani dominicum diem, propter libertatem Christianam. Non enim sumus alligati ad ceremonias legis in Ecclesia Iudæorum.

EXAMEN III.

PRAECEPTI.

DOcesme, ô DEVS, in tertio Præ- 1. Doctrina.

cepto, quod non aliter à me coli velis, quàm pia meditatione, & tractatione verbi tui in Sabbato: tum verò vsu Sacramentorum tuorum.

1. Gratiarum actio.
2. Confessio.
4. Precatio.

Pro hac luce, gratias tibi ago, quod videlicet verbi tui doctrinam & notitiam conseruas. Verùm intelligo, quàm frigidè amem verbum tuum, & meam socordiam ac negligentiam ingenuè confiteor. Tu ergo excitâ in me verum & ardens studium verbi tui, & accende desiderium Sacramentorum tuorum: vt te verè celebrem, obedientia mea ergò hoc tertium Præceptum.

SECVNDA TABVLA DECALOGI.

Quare incipit secunda tabula à cultu parentum?

Quia parentum status seu ordo est fundamentum societatis ciuilis, ex quo reliqui ordines deducuntur, aut promanant. Cum igitur secunda tabula de cultu proximi siue officijs ad conseruationem & salutem societatis ciuilis pertinentibus, præcipiat: rectè parentum honos primo loco sancitur.

Honora

Honora patrem tuum, & matrem
m, vt sis longæuus super terram.

Quid significat honorare?

Honorare aliquem est reuerenter de
entire, seq; illi subijcere, propter do-
n aliquod diuinum aut ordinatio-
n Dei.

ANALYSIS.

Verbum Honorare secundum expli-
onem D. Luteri hæc complectitur.
. Non contemnere parentes. 2. Non
ndere siue iracundos facere. 3. Hono-
fficere. 4. Seruire illis. 5. Morem ge-
. 6. Amare. 7. Magnifacere. Siracid. 3.

Quid significat pater & mater?

Appellatio patris & matris continet
entes & Dominos, id est, eos, à quibus
creati sumus, omnesq; alios, qui vel
entum loco sunt, vel autoritatem siue
estatem in nos habent, diuina qua-
n ordinatione, vt sunt: præceptor,
gistratus, tutor, & similes.

Cur additur Pronomen tuum?

Propter emphasin siue demonstratio-
n, quasi dicat Deus: Tu tuos cole
entes, alius suos honoret.

Porrò

Porro nomina officiorum, quæ in hoc quarto præcepto instituuntur, relatiua sunt, hoc est, ordinationē significant. Vt Magistratus est nomen officij. Ergo est relatiuum, & significat ordinationem. Est enim ordinatus magistratus ad hoc munus, vt scilicet curet & regat subditos suos. Itaq; accuratè singulorum officiorum fundamenta, & termini sunt considerandi.

I. Patris & matris fundamentum est persona in legitimo coniugio viuens, & sobolem suscipiens. Terminus est finis seu officium.

Quodnam est officium parentum?

Hoc describit Paulus Ephesios 6. Parentes ne prouocetis liberos vestros ad iram id est, non acerbè, sed moderatè eos tractate. Sed educate eos in doctrina & correptione Domini. Est itaq; officium parentum educare liberos, id est nutrire, fouere, & defendere.

Quo pacto debent parentes educare liberos suos?

In doctrina & correptione Domini. Debent itaq; parentes primùm docere liberos suos domi, & in schola per præceptores, de DEO, & rebus scitu necessarijs.

Deinde

Deinde corripere, id est, castigare, ad-
onere, & assuefacere ad pietatem, dili-
ntiam, mores bonos, & obedientiam.

Chrysostomi aureum dictum.

Οἱ τῆς τῶν παίδων κοσμιότητος καὶ σω-
φροσύνης ἀμελοῦντες πατέρες, παιδοκτόνοι
γίνονται, id est, Parentes liberorum
tum & modestiam negligentes, occi-
es liberorum existunt.

Quod est officium liberorum?

Hoc describit Siracides cap. 3. Hono-
arentes tuos sermone, opere, & pati-
a.

Honorare parentes sermone, signifi-
honestè & piè de parentibus sentire,
renterq; loqui, non asperè respon-
nec dicto vllo eos lædere.

Honorare parentes opere, est omnib.
& necessarijs officijs eos colere, vt in
icatione Dn. Luteri dicitur.

Honorare parentes patientia signifi-
quo animo, & patienter ferre eorum
cillitatem, morositatem, tenacita-
paupertatem delirium, & si qua alia
hodi sunt vitia ac næui.

Summa officij liberorum est scire, se
dato & ordinatione DEI subiectos
arentum imperio, nec parentes esse

sub-

subiectos potestati liberorum. Ferant igitur parentum imperium sine deformitate, id est, absq; fremitu, indignatione, & fastidio.

OBIECTIO.

Inferior debet subesse superiori.

Parens sæpe est inferior liberis, vt qui vel opibus, vel dignitate parentes antecellunt.

Igitur parens interdum debet subesse liberis.

Respondeo. Nego minorem: quia naturalis ordo hic est, vt genitor sit prior genito, non tam tempore, quã dignitate.

DE OFFICIO PRAECEptorum & discipulorum.

Præceptor siue doctor, & discipulus sunt correlatiua, id est, ita deuincti, vt mutua sit inter ipsos officiorum communicatio.

Quot sunt partes officij Præceptoris?

Duæ: Doctrina & disciplina. Vtrumque enim ad Præceptoris munus pertinet, vt & doceat discipulos, & disciplina eos flectat, atq; regat.

Quid docere debet bonus Præceptor?

Inprimis tradere debet Catechesin, id est, initia pietatis & religionis Christianæ. Fundamentum enim omnis doctrinæ est

næ est pietas: & timor Domini initium est sapientiæ. Psal. 112. Prouerb. 1.

Secundò docere debet elementa artium, & linguas, ad intelligendum & explicandum artes necessarias.

Tertiò addere debet exercitationes necessarias scriptionis, repetitionis, examinis, disputationis, recitationis.

Quid complectitur disciplina?

Complectitur curam gubernationis morum & vitæ, quæ sita est in assuefactione, admonitione, obiurgatione, & castigatione.

Quodnam est officium discipuli?

Primùm debet amare suum Præceptorem, & ita ab eo pendere, vt studeat & velit ipsi similis fieri. Debetq; adeo inter Præceptorem & discipulum mutuus esse amor, vt sentiat discipulus, se diligi à Præceptore, & Præceptor vicissim animaduertat studium & curam pietatis & obedientiæ in discipulo erga se. Non enim feliciter vlla traditur doctrina, neq; radices agit in animo audientis, nisi amore mutuo vtriusq; docentis & discentis animus sit copulatus.

Secundò piè, diligenterq; implorare opem Dei, & successum studiorū petere.

D. Philippus Melanthon. Nul-

Nullius est felix conatus & vtilis vnquam,
Consilium si non detq́, iuuetq́ DEVS.

Tertiò frequentare lectiones, easq́ attentè audire.

Quartò repetere audita & memoriæ mandare præcipua capita, & sententias locutionesq́ memorabiles.

Quintò capessere exercitationes studij atq́ styli.

Sextò anteire vel prælucere alijs obedientia, & morum ciuilitate.

OFFICIVM MAGISTRATVS & subditorum.

Magistratus officium est:

I. Defendere probos, & coërcere improbos. Rom. 13.

II. Fouere Ecclesiam & scholas. Esa. 49.

III. Omni cura prouidere, vt victum & alias res ad vsum cultumq́ vitæ necessarias habeant ciues. Dan. 4.

Versus Stigelij.

Principis est virtus maxima, nosse DEVM.
Principis est virtus proxima, nosse suos.

OBIECTIO.

Deus est essentia Spiritualis.

Magistratus

Magistratus est Deus.

Ergo magistratus est essentia spiritualis.

Respondeo. Nego consequentiam, ia est ambiguitas in voce DEVS. Nam maiore ponitur propriè, in minore tem figurate per Metaphoram. Esiq; ntentia: Magistratus est similis DEO, el vicarius DEI, gerens diuinum mus in terris. Psal. *83.*

SVBDITORVM OFFICIVM.

Honorare Magistratum.

I. Obedire illi.

II. Pendere tributum seu vectigal, & præstare operas mandatas & necessarias ad conseruationem Reipublicæ. Rom. *13.*

OBIECTIO.

Psalm. 127. Quisq; debet manducare labores manuum suarum, id est, viuere de partis à se.

Magistratus accipiens tributa à subditis, non viuit de partis à se.

Ergo magistratus non obtemperat voci Psalmi.

Respondeo. Nego minorem: Quia tributum seu stipendium est victus magistratus pro labore debitus, tum ipsi magistratui, tum toti Reipub. vt quasi nerues suos habeat.

OFFICIVM PATRISFAMILIAS, ET FAMILIAE.

Paterfamilias vel dominus debet familiæ siue ministris suis.

I. Curā hanc, vt rectè, sanctéq; viuant.

II. Victum & mercedem.

III. Defensionem.

IIII. Moderationem, ne sæuiat in familiam, sed iudicio & ratione eam regat. Coloss. 3.

FAMILIA verò vicissim debet patri vel matrifamilias.

I. Obedientiam & amorem.

II. Laborem & diligentiam.

III. Fidelitatem. 1. Petri 3.

VIRTVTES PRAECIPVAE QVARTI PRAECEPTI.

I. Φιλοσοργία, id est, naturalis amor vel beneuolentia mutua inter sanguine iunctos, propinquos siue cognatos: vt inter parentes & liberos, inter fratres & sorores, inter agnatos, cognatos, affines &c.

II. Sedulitas vel diligentia faciens operas vocationis proprias, pro modo virium, & vitans res non necessarias.

III. Fidelitas, quæ complectitur peritiam mandati muneris, & efficiendi industriam.

IIII.

IIII. Gratitudo seu pietas erga parentes, præceptores, magistratum, & alios benemeritos.

VITIA CONTRARIA SVNT.

I. Ἀσοργία, id est, immanitas naturæ. Rom. 1.

II. Contumacia.

III. Infidelitas.

IIII. Ingratitudo siue contemtus parentum, & aliorum, quib. honor debetur.

Quid significat clausula: Vt sis longæuus in terra?

Longæuum esse in terra significat, agere ætatem cum conscientiæ tranquillitate, & mediocribus commodis vitæ.

Ἀνθυλογία est in his dictis: Qui parentes colunt, sunt longæui in terra: & Sapientiæ 4. cap. Exiguo perfunctus spacio vitæ, longa tempora expleuit. Et quoniam placuit DEO, anima illius, ideo sine mora eduxit eum ex iniquissima conditione vitæ:

Resp. Vtrumq; est donum DEI, frui longa huius vitæ vsura cum conscientiæ tranquillitate: & citò ex ærumnis huius vitæ in consuetudinem cœlestem migrare vel euocari, pro bona DEI voluntate.

Estne petenda à DEO longior huius vitæ vsura?

Est. Quia vita DEI donum est seu beneficium: Ea tamen conditione, Si DEO placeat, & nobis alijsq; prosit. Psal. *102.*

Recensentur tres causæ, propter quas expetenda sit longior huius vitæ vsura.

I. Vt DEVM rectius cognoscamus in hac vita. Quia vitam æternam, quæ est cognitio DEI & filij ipsius IESV Christi, oportet incoari in hac vita. Ioh. *17.*

SYLLOGISMVS.

Agnitionem DEI, & filij eius oportet in hac vita incoari.

Vita æterna est agnitio DEI & Christi.

Ergo vitam æternam oportet in hac vita incoari.

II. Causa est, vt in vsu & experiendo cognoscamus vim verbi diuini, & ipsius præsentiam, & auxilium.

III. Vt alijs opera, doctrina, consilio, ope, inseruiamus vel prosimus.

EXAMEN SEV MEDITATIO IIII. PRAECEPTI.

Magne

MAgne DEVS, ordinasti in quarto Præcepto gradus personarum, & officia ciuilis vitæ instituisti: vt alius præsit, & alius subsit: & vnicuiq; debitum munus attribuisti. Pro hoc pulcherrimo ordine gratias tibi ago, & vt verè agam, tu, effuso in me Spiritu tuo, effice: ego quidem, quàm longe absim ab obedientia huius præcepti, sum mihi ipse testis. Fateor enim, me hunc ordinem tuum opinione & sermone extenuasse, & Parentum, Præceptorum atq; magistratus autoritatem sæpius contemsisse, ac defugisse. Quamobrem à te veniam peto: & vt propter filium tuum per spiritum sanctum veram obedientiam & obseruationem huius præcepti in me accendas, toto pectore oro.

V. PRAECEPTVM.

Non occides.

Munit hoc præceptum corpus hominis: vt quisq; tutus esse possit, à vi, iniuria, fraude, insidijs, & cæde.

Explicatio D. Luteri.

Prius prohibet hoc Præceptum, ne lædamus proximum nostrum: deinde

mandat, vt illum iuuemus & tueamur omni studio atq; officio.

Quibus modis fit cædes, vel occiditur ac læditur proximus?

I. Violentia, percussione, impressione & occisione.

II. Ira iniusta, crudelitate, odio, inuidia, acerbitate, vindictæ cupiditate, implacabilitate & fæuitia. Omnis enim iracūdus, crudelis, inuidus, implacabilis & fæuus, est homicida coram DEO. 1. Ioh. 3. Omnis qui odit fratrē suum homicida est.

III Rixis, conuicijs, sannis, sarcasmis, & alijs gestibus animi commotionem, siue maleuolentiam declarantibus, qui significantur voce ῥακὰ. Matth. 5.

IIII. Contemtu, cum opinione & verbis ita aliquis extenuatur, vt nihil esse putetur, vel stulti nomine appellētur, ibidem.

Quomodo obtemperatur huic præcepto?

Respondet Luterus: Cum proximum nostrum in omnibus vitæ necessitatibus iuuamus, hoc est, famam, incolumitatem siue salutem & vitam proximi non aliter atq; nostram ipsorum tueri studemus, & ab omni malo sartam tectam conseruare.

OB-

OBIECTIO.

Qui salutem proximi suæ antefert incolumitati obtemperat 5. præcepto.

In historijs reperiuntur nonnulli, qui paria amicorum dicuntur, qui amici salutem æquè atq; suam curarunt, vel etiam prætulerunt.

Ergo obtemperarunt huic præcepto.

Resp. Nego minorem. Quia exempla partim sunt fabulosa, partim mutila. Nō nim potest esse in vllo homine, nedum Ethnico, amor labe omni carens, & ex omni parte constans. Deinde nulla virtus quantumuis venustissima, satisfacit legi DEI.

Quas virtutes requirit quintum præceptum?

1. Lenitatem. 2. Humanitatem. 3. Moderationem. 4. Misericordiam. 5. Placabilitatem. 6. Aequitatem. 7. Amicitiam. 8. Studium concordiæ. 9. Fortitudinem, & 10. Zelum.

Estne omnis ira prohibita?

Non, sed priuata tantum, quæ temerè vel sine causa iusta suscipitur, quadā vindictę cupiditate. Sed ira publica necessaria est magistratui, & omnibus publico officio fungentib. ad puniendos sceleratos.

Qui verò semetipsũ vlciscitur, vel ardet vindictę cupiditate, is facit se DEVM & magistratum. Quia sumit sibi id, quod DEI est & magistratus. Sic. n. inquit DEVS: Mihi vindicta, ego retribuam. Rom. 13.

Qui irascitur, peccat.
Magistratus irascitur improbis.
Ergo magistratus peccat.

Respondeo ad maiorem per distinctionem. Duplex est ira, alia priuata, alia dublica. Priuata est mala. Matth. 5. Pupblica vero necessaria & vtilis. Matth. 26. Rom. 13.

Estne omnis ira priuata prohibita?

Non: Tantum ea, quæ fit temere. Matth. 5. Qui irascitur fratri suo temerè, reus erit iudicio. Psal. 4. Irascimini, nolite peccare.

OBIECTIO.

Quod verbum DEI iubet, est bonum.
Verbum DEI iubet irasci.
Ergo ira est bona.

Respondeo ad minorem, quæ non iubet irasci, sed modum tantùm præscribit vtendi ira, si fortè nos obruat.

ALIA OBIECTIO.

DEO debetur vindicta, Deut. 32.
Magistra-

Magistratus non est DEVS.
Ergo Magistratui non debetur vindicta.

Respondeo. Nego minorem. Quia Magistratus est vicarius DEI. Rom. 13.

EXAMEN V. PRAECEPTI.

COmmendas mihi, ô DEVS, in hoc Præcepto corpus proximi mei, & iubes, vt ipsius salus non minori curæ mihi sit, quàm mea ipsius.

Pro hac tam benigna prouisione, & paterna defensione corporis mei & proximi, gratiam tibi debeo sempiternam.

Sed, proh dolor, parum gratus sum, sentioq; cor meum ardere odio, inuidia, superbia, ira, vindictæ cupiditate, & alijs iniustis flammis.

Quamobrem tu doce me facere voluntatem tuam, & accende in me amorem erga proximum, vt nulla in parte illum offendam aut lædam, sed omni studio, officijs, consilio & re illum iuuem.

VI. PRAECEPTVM.

Non mœchaberis.

Sextum Præceptum postulat castitatem & temperantiam, iubetq; vitare libi-

dines & commixtiones extra coniugium: tum sermones etiam spurcos & impudicos prohibet, item occasiones libidinis & inguuiei. Cum autem omnia præcepta sint relatiua, id est, referantur seu respiciant ad proximum: etiam in hoc præcepto vult DEVS, vt non solum proprij pudoris, & castitatis rationem habeamus, sed proximi quoq; pudicitiam & castitatem omni studio tueamur.

ANALYSIS INTERPRETATIONIS LVTERI.

Debemus DEVM timere & diligere, vt castè & pudicè viuamus. &c. 1. Debemus castè & pudicè viuere. Ex quo liquet, sextum præceptum exigere castitatem & pudicitiam. Castitas verò & pudicitia sita est in verbis, gestibus & operibus. Debent igitur & sermo noster, et vita tota siue opera omnia esse pudica, casta, & verecunda: sicut DEVS ipse castus est, & castitatem amat, quemadmodum in versibus Philippi dicitur:

Casta DEVS mens est, casta vult mente vocari,
Et iussit castas pondus habere preces.
Quotuplex est castitas?

Duplex,

Duplex, secundum personas : alia coniugalis, alia vitæ cælibis.

Quid est castitas?

Castitas est virtus seruans puritatem in animo, sermone, & factis, vitansq; omnes commixtiones à DEO prohibitas, siue in coniugio, siue extra coniugiū.

Cognata virtus est pudicitia, siue pudor & verecundia.

Contraria castitati & pudicitiæ sunt: Impudicitia, Inuerecundia, Obscœni sermones & gestus, Incæstus, Scortatio, & adulterium.

II. Secundo inquit interpretatio Luteri: Quisq; debet coniugem suam amare & honorare. Debet igitur inter coniuges esse mutuus amor & honor.

Quid est temperantia?

Temperantia est virtus seruans modum in cibo & potu, conuenientem naturæ, nec impedientem inuocationem DEI, & alia pietatis atq; vocationis exercitia.

Quare in 6. præcepto agitur de temperantia, cum neq; in verbis præcepti, neq; in Luteri interpretatione fiat mentio temperantiæ?

Quia

Quia temperantia est alumna siue nutricula castitatis, atq; pudoris custos: sicut econtrario intemperantia est fomes, & quasi vehiculum siue dux ad omnem impudentiam, obscœnitatem, ac libidinem. 1. Petri 5.

Propter quas causas exercenda est temperantia.

I. Propter mandatum DEI, cui repugnare absq; dispendio salutis non possumus.

II. Vt sobrij, vigilantes, & parati simus, ad obeundas operas vocationis nostræ, & ad seriam DEI inuocationem.

III. Vt honorem debitum præstemus corpori nostro, nec valetudinem lædamus ingluuie,& homicidæ fiamus. Qui enim intemperans est, seipsum occidit.

IIII. Ne per luxum siue vitam intemperantem libidini, furori,& alijs peccatis occasionem præbeamus, seu frena laxemus, & ignita Diaboli tela irritemus.

Contraria temperantiæ est intemperãtia,luxus siue luxuria,ingluuies,heluatio, ebrietas.

EXAMEN SEXTI PRÆCEPTI.

Exigis

EXigis à me, ô DEVS, in hoc Præcepto curam castitatis & pudoris mei & proximi. Tum vis etiam, vt tota mea vita sit sobria, & vitem omnes occasiones atq; illecebras libidinis & fœdæ voluptatis.

Hæc tua bonitas eximia est, & omni laude ac prædicatione digna, quod decus castitatis & pudoris mei ac proximi tanta cura tueris, inter tot hostes atq; grassatores. Nisi enim tu me custodieris: non momentum vnum ab insidijs & tyrannide Diaboli, libidinosorumq; hominum pudorem nostrum, vxorem, liberos & familiam defendere poterimus. Quanquam, proh dolor, nimis ingratus sum, & huius tui beneficij immemor: immò ne quidem intelligo satis hanc paternam tuam curam. Iccirco à te veris gemitibus peto, vt in me veram gratitudinem accendas, & studium obediendi huic præcepto tuo, per Spiritum sanctum excites.

VII. PRAECEPTVM.

Non furtum facies.

Hoc Præceptum docet de recto vsu facultatum.

Expli-

Explicatio Luteri.

Continet præceptum negatiuam & affirmatiuam. Negatiua vetat furtum: Affirmatiua requirit curam tuendi nostra & proximi bona seu facultates.

DE NEGATIVA.

Quid est Furtum?

Furtum est contrectatio siue ablatio rei alienæ, inuito Domino sine compensatione.

Quibus modis fit furtum?

Rapina, fraude, impostura in contractibus, dolo, auaritia, cupiditate iniusti lucri, πλεονεξίᾳ mit Fortelhafftigkeit.

DE AFFIRMATIVA.

In quibus rebus consistit cura tuendi sua bona & proximi?

I. Iusto labore vocationis. Est igitur necessarius labor cuiuis homini, secundum vocationem suam.

II. In iusto rerum dominio das ein jeder etwas eigenes hatt. Oportet enim distincta esse rerum dominia, & vnumquemq; habere proprium, vnde se suosq; alat atq; sustentet.

Proba distinctionem dominiorum esse mandatam á DEO?

Probatio

Probatio facilis est per argumentum à contrario. Furtum est prohibitū à DEO. Ergo proprium habere, est mandatum.

III. In iustitia commutatiua, Das man gelt vmb wahr/ oder wahr vmb gelt gibt nach eines jeden wert, id est, in æqualitate seruanda in contractibus. Sunt igitur contractus necessarij, & à DEO mandati in Decalogi septimo præcepto.

IIII. In liberalitate vel beneficentia. Iubemur itaq; in hoc præcepto exercere liberalitatem erga proximum, pro modo facultatum.

Septimum præceptum prohibet furtum.
Illiberalis non facit furtum.
Ergo illiberalis non peccat in septimum præceptum.

Respondeo. Nego minorem: quia furtum complectitur omnem abusum bonorum seu facultatum. Est autem illiberalitas manifestus abusus facultatum, Quia nos tantū fasalli sumus Die Lehntreger, & dispensatores bonorum à DEO, qui est Dominus feudi Der Lehnherr, nobis commissorum, vt illis pro nobis & egenis vtamur. Ergo illiberalis in egenum absq; vlla dubitatione furtum facit: quia detrahit siue denegat egeno id, quod illi debetur.

V. In

V. In hoſpitalitate. Debemus ergo hoſpitales eſſe, libenter recipere hoſpites, aduenas, & extorres, omniaq; humanitatis & beneficentiæ officia illis præſtare.

VI. In parſimonia, vt modicè, frugaliterq; vtamur bonis à DEO conceſsis, & ſi quid ſupereſt, id ad vſus neceſſarios reſeruemus.

CONTRARIA SVNT.

Ignauia, Profuſio ſeu prodigalitas, Tenacitas ſiue ſordes filzigkeit/ & inhoſpitalitas.

EXAMEN VII.

PRAECEPTI.

DOces me, ô DEVS, in hoc præcepto & mandas, vt honeſto & neceſſario labore victum quæram, vnde me, meoſq; alam, & egenis largiri poſsim. Tum à furto, rapinis, fraude abſtineam, & proximo libenter benefaciam. Intelligo quidem, iuſtum & neceſſarium eſſe hoc tuum præceptum, quo mea & proximi mei bona, quaſi quodam muro, cuſtodiuntur, & ab iniuria ac fraude defendantur. Sit tibi gratia pro tanto beneficio, cariſsime pater. At ego huic præcepto tuo

non

non obsequor, sum auarus, iniusta aucupia amo, & commoda mea proximi incommodis locupletare studeo, non liberalitatem exerceo, nec hospites libenter recipio. Quæ omnia vero dolore cordis mei deploro & deprecor, opemq; à te propter filium peto, vt inposterum per Spiritum sanctum obedire huic præcepto possim.

VII. PRAECEPTVM.

Non dices falsum testimonium.

Hoc præceptum negatiuam & affirmatiuam comprehendit, sagt was wir lassen vnd thun sollen. Negatiua vetat falsum testimonium contra proximum. Affirmatiua præcipit verum testimonium siue veritatem.

Quare plerag; præcepta Decalogi negatiuè efferuntur?

Duplex est causa. Vna, quia negatiua complectitur etiam affirmatiuam, id est: cum DEVS prohibet id, quod fieri non vult, simul etiam præcipit id, quod fieri debet. II. Quia in negatiua propositione maior interdum est vis, quàm in affirmatiua.

DE NEGATIVA.

Testimonium est asseueratio, eine bestettigunge, vel oratio fidem faciens rei. Falsum siue falsitas est dissonantia sermonis à re, wenn wort vnd that nicht vbereinstimmet. Est igitur falsum testimonium nihil aliud, quàm mendacium.

Quid est mendacium?

Mendacium est oratio dissentiens à re seu facto, nocendi causa.

Quibus modis fit mendacium?

Respondet Catechismus Lutheri: Proditione, Calumnia, perfidia, obtrectatione & quacunq; læsione nominis aut famæ proximi.

Sunt igitur species mendacij. Perfidia, obtrectatio, calumnia, hypocrisis siue simulatio: cum aliud est in verbis, aliud in factis: cum mel est in ore, fel in corde: adulatio, suspicio cæca, pertinacia in falsa sententia, sophistica, fürwitzige Klugheit/ ambitio, impudentia, leuitas, futilitas. Hæc sunt peccata pugnantia seu prohibita in octauo præcepto.

DE AFFIRMATIVA.

Quid iubet facere hoc præceptum?

Verum

Verum testimonium dicere, id est, sic vti sermone, vt cum re consentiat, & verba nostra non in labris nascantur, sed ex animo ipso proficiscantur. Est itaque verum testimonium nihil aliud, quàm veritas ipsa.

Quid est veritas?

Veritas est consonantia sermonis cũ re.

In quibus rebus consistit veritas?

I. In amore iusticiæ.

II. In constantia. Oportet .n. veracem inprimis amantem esse iusticiæ, vt sciat, quę recta aut vera sint. Deinde constantẽ esse, vt quæ iusta aut vera esse scit, constanti animo dicat & propugnet, etiamsi inimici sint capiendi multi homines.

Sũt igitur species veritatis: Amor iusticiæ, simplicitas vt sine ambagib. & inuolucris dicamus, quod res est: Candor, vt nõ aliter dicamus, quàm sentimus. Docilitas, vt deduci nos ab errore opinionis, & flecti ad veram sententiam sinamus: Item Constantia.

Lutèri Catechismus has species recenset: Primùm excusare proximum debemus, quoties aliquid mali per calumniam de eo dici audimus.

II. Aliquid boni de proximo loqui debemus.

DE NEGATIVA.

Testimonium est asseueratio, eine bestettigunge, vel oratio fidem faciens rei. Falsum siue falsitas est dissonantia sermonis à re, wenn wort vnd that nicht vbereinstimmet. Est igitur falsum testimonium nihil aliud, quàm mendacium.

Quid est mendacium?

Mendacium est oratio dissentiens à re seu facto, nocendi causa.

Quibus modis fit mendacium?

Respondet Catechismus Lutheri: Proditione, Calumnia, perfidia, obtrectatione & quacunq; læsione nominis aut famæ proximi.

Sunt igitur species mendacij. Perfidia, obtrectatio, calumnia, hypocrisis siue simulatio: cum aliud est in verbis, aliud in factis: cum mel est in ore, fel in corde: adulatio, suspicio cæca, pertinacia in falsa sententia, sophistica, fürwitzige klugheit/ ambitio, impudentia, leuitas, futilitas. Hæc sunt peccata pugnantia seu prohibita in octauo præcepto.

DE AFFIRMATIVA.

Quid iubet facere hoc præceptum?

Verum

Verum testimonium dicere, id est, sic vti sermone, vt cum re consentiat, & verba nostra non in labris nascantur, sed ex animo ipso proficiscantur. Est itaque verum testimonium nihil aliud, quàm veritas ipsa.

Quid est veritas?

Veritas est consonantia sermonis cũ re.

In quibus rebus consistit veritas?

I. In amore iusticiæ.

II. In constantia. Oportet .n. veracem inprimis amantem esse iusticiæ, vt sciat, quę recta aut vera sint. Deinde constantẽ esse, vt quæ iusta aut vera esse scit, constanti animo dicat & propugnet, etiamsi inimici sint capiendi multi homines.

Sũt igitur species veritatis: Amor iusticiæ, simplicitas vt sine ambagib. & inuolucris dicamus, quod res est: Candor, vt nõ aliter dicamus, quàm sentimus. Docilitas, vt deduci nos ab errore opinionis, & flecti ad veram sententiam sinamus: Item Constantia.

Lutèri Catechismus has species recenset: Primùm excusare proximum debemus, quoties aliquid mali per calumniam de eo dici audimus.

II. Aliquid boni de proximo loqui debemus.

IIII. Omnia meliorem partem interpretari, hoc est, dicta & facta proximi debemus candidè interpretari, in meliorem partem accipere, non odiosè & acerbè exagitare & amplificare. Hochauffmutzen.

EXAMEN VIII. PRAECEPTI.

DOces me, ô DEVS, in hoc præcepto veritatem dicere atq; tueri in omnibus: mendacium verò & simulationem omnem odisse ac vitare. Iam fateor magnum esse beneficium tuum, vera noüisse, & à falsis discernere. Nam veritas omnis ex te est: mendacium verò ex Diabolo. Ego verò sentio in me peruersitatem magnam, & fateri cogor, me delectari sæpe calumniis, obtrectationibus & aliis occultationibus veritatis. Hanc igitur peruersitatem meam deploro ac deprecor: tu fac modo, vt veritatem ex animo dicam, & omnem falsitatem constanter fugiam.

IX. PRAECEPTVM.

Non concupisces domum proximi tui.

Quid significat concupiscere?

Concu-

Concupiſcere ſignificat animo ſiue ſtudio malo inſidiari alterius bonis ſeu facultatibus. Nach eines andern gute ſtes ben.

Concupiſcentia eſt affectuum prauitas, ſeu inclinatio ad malum faciendum. De hac verſus eſt. Græcus: πρωτίστη ἡ κακῶν πάντων ἐπιθυμία ἐστί. Concupiſcentia eſt primum omnium malorum, id eſt, fons omnis peccati.

Tamen in ſeptimo etiam præcepto prohibetur, ne proximi bona, quocunque modo, ad nos pertrahamus. Quid igitur opus eſt hoc nono præcepto?

Vel. *Prohibitio furti complectitur etiam deſiderium ſeu cupiditatem bonorum alterius.*

Septimum præceptum prohibet furtum.

Ergo vetat etiam cupiditatem alienæ domus: & per conſequens nihil attinet, hoc ipſum prohiberi in præcepto nono.

Reſpondeo. Septimum præceptum vetat furtum, id eſt, externam contrectationem ſiue alienationem bonorum proximi: Sed nonum præceptum coërcet internum cordis affectum malum: vt

non solùm manus abstinentes habeamus ab alterius bonis, sed ne quidem desideremus in amico id, quod est proximi. Estq; hoc nonum præceptum, cum sequente decimo, quasi quædam interpretatio siue declaratio præcepti septimi.

Quid significat domus?

Domus per Synecdochen significat rem familiarem, seu bona & facultates omnes domui necessarias. Vel, domus complectitur totam hæreditatem, vt Dn. Luterus interpretatur.

Quid significat proximus?

Proximus est quilibet homo, diuina & naturali ordinatione nobis coniunctus. Vel: Proximus est omnis miser, indigens nostra ope, officio & beneficio: siue consentiat nobiscum in religione, siue dissentiat, sicut colligitur ex historia de Samaritano, Lucæ 10.

Quæ est igitur affirmatiua sententia huius præcepti?

Affirmatiua iubet nos ita moderari affectus cordis, vt neq; cupiamus, neque studeamus quicquam detrahere de proximi facultatibus: sed eius bona omni cura,

cura, perinde atq; nostra ipsorum, tueamur & augeamus.

EXAMEN IX. PRAECEPTI.

IVbes me in hoc præcepto, ô DEVS, sic viuere, vt nihil prorsus appetam aut desiderem bonorum proximi: sed facultates eius, non minus, quàm meas ipsius, conseruare studeam. Hæc doctrina tua est vtilis, & æterna sapientia. Vtinam vero ita ego obtemperare possim, vt omnes animi mei vires cum hoc præcepto tuo consentiant. Sed tanta est, proh dolor, cordis mei contumacia & prauitas, vt nulla ex parte satisfaciam.

Quamobrem tu cor mundum in me crea, & per Spiritum tuum sanctum accende puritatem in corde meo, propter eum, qui legem pro me impleuit.

X. PRAECEPTVM.

Nec desiderabis vxorem eius, non seruum &c.

Hoc præceptum per distributionem Rhetoricam exponit & declarat præceptum nonum: commemorans partes præcipuas domus, vt sunt: vxor, familia, pecus, & aliæ res domesticæ.

Quomodo differunt nonum & decimum præceptum à præcedentibus ?

Nonum & decimum præceptum intendunt digitum ad fontem peccati seu mali, qui est concupiscentia seu originale peccatum, & vetant, damnantq; ἀταξίαν, quæ est horrenda confusio affectuum, seu virium animæ in homine.

Quid igitur iubet nos facere hoc præceptum ?

Iubet nos in vero timore DEI in id incumbere, vt proximi familia sit salua, & officium suum fideliter faciat.

APPENDIX DECALOGI, VEL, SECVNDVM MOYSI recitationem, præfatio.

Ego sum Dominus DEVS tuus, fortis, Zelotes &c.

Quot sunt partes huius appendicis ?

Tres. I. Est descriptio DEI, autoris & executoris Decalogi.

II. Est comminatio aduersus transgressores Decalogi.

III.

III. Est promissio præmiorum his, qui obediunt Decalogo.

DE PRIMA PARTE.

Quomodo describitur DEVS?

Ego sum Dominus) id est, verus & vnicus ille conditor, & sustentator omnium rerum.

DEVS tuus) hoc est, qui te verè amat, curat, defendit, seruat, in rebus secundis & aduersis, in vita & morte. In pronomine, Tuus, Emphasis est, significans, hæc verba ad me, ad te, & ad singulos homines pertinere: vt pro se quisq; sciat & statuat: Dominus DEVS, est tuus DEVS &c.

Zelotes) id est, custos & executor seuerus legis. Zelus est ardens amor iustitiæ, & odium iniustitiæ. Vnde Zelotes est qui non pati potest, vt aliquid iniustè fiat.

DE SECVNDA PARTE, QVAE COMMINATIONEM continet.

Quid minatur DEVS violantibus legem?

Visitans) id est, obseruans & puniens iniquitatem patrum, id est, peccata parentum & maiorum, per Synecdochen. Quia pars ponitur pro toto, id est, Pater pro parentibus & maioribus vtriusq; sexus.

In filios) id est, posteros, quasi dicat: ego punio parentum scelera calamitatib. liberorum & posterorum, sicut Sauli familia siue stirps tota est deleta, propter ipsius scelus, præter filium Ionathæ Mephiboseth.

In tertiam & quartam generationem) id est, vsq; ad tertium & quartum gradum, non solùm in liberis, sed etiam in nepotibus, pronepotibus, abnepotibus &c.

Estne iustum etiam, parentum scelera lui filiorum innocentium calamitate? Est iustum.

CONTRA.

DEVS ipsemet inquit: Filius non portabit iniquitatem patris, sed anima ipsa, quæ peccabit, eradicabitur. Ezechielis 18.

Ergo non est iustum, puniri posteros propter parentes, præsertim si innocentes sint.

Respon-

Respondeo. Nego consequentiam. Quia dictum Prophetæ Ezechielis valet in iudicio seu foro politico, in quo liberi non sunt damnandi propter parentum delicta: præsertim si liberi innocentes sint. Cæterum in iudicio DEI, vel coram DEO nemo est innocens. Itaq; nemo etiam iniustè punitur. Quod cum ita sit: confugiendum nobis est ad mediatorem Christum, petendumq; assiduè, vt propter eum pœnæ tam parentum, quàm nostrorum delictorum mitigentur & condonentur.

Qui oderunt me) id est, violant præcepta mea. Qui enim non facit, quod DEVS mandat, is odit DEVM, & est hostis eius.

DE TERTIA PARTE.

Quid DEVS promittit his, qui obediunt legi?

Præmia æterna, & temporalia.

Faciens misericordiam) id est, nõ solum dans bona omnia, sed etiam condonans offensas.

In millia) id est, innumerabilibus modis, per enallagen: numerus certus pro incerto ponitur.

Quibus dat præmia DEVS?

His,

His, qui diligunt ipsum & obediunt ei.

DE VSV DECALOGI.

Potestnè lex iustificare hominem?

Lex non iustificat hominem: quia requirit integram obedientiam, quam nemo hominum in hac corruptione naturæ potest præstare.

Quid ergo prodest lex siue Decalogus?

Vsus legis tres sunt. Primùm regit disciplinam, id est, flagitat obedientiam, & coërcet omnes homines Christianos & Ethnicos.

Secundò monstrat & accusat peccata, denuncians iram DEI & pœnam.

Tertiò docet, quæ opera sint facienda Christianis, quique cultus DEO placeant. Porrò singula præcepta partim vetant, partim præcipiunt.

Quid vetant?

Peccata siue vitia & mala opera.

Quid est peccatum?

Peccatum est defectus, vel inclinatio mala, & actio pugnans cum lege DEI, &

& promerens pœnas præsentes & æternas, nisi remittatur propter Christum. Vel, vt Ioannes definit, capite 3. ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. Peccatum est iniquitas, vel transgressio legis.

Quid præcipiunt?

Bona opera & actiones DEO placentes.

Estnè Lex abrogata?

Non tota abrogata est, sed ceremonialis & forensis tantum. Moralis verò lex siue Decalogus nō est abrogatus: quia est regula æterna vitæ, obligans omnes homines vel ad obedientiam vel ad pœnam. Sunt igitur tres partes legis Moysi: Moralis, das da leret wie man leben sol. Ceremonialis, das da leret von Kirchenordenunge/ & Forensis siue Iudicialis, das da leret von weltlichen Rechte.

Propter quas causas assiduè meditandus & repetendus est Decalogus?

Propter quatuor fines. I. Vt sit Regula vitæ, id est, consiliorum, studiorum, & actionum nostrarum. Sicut scriptum est Ezechielis 20. In præceptis meis ambulate, Item; Lucerna pedibus meis verbum

verbum tuum, id est, Lex tua quasi fax quædam præluceat monstretq; mihi, quę cogitare & facere debeam. Psal. 119.

II. Vt sit speculum peccati. Quia ex lege cognoscitur peccatum, tanquam ex speculo. Rom. 3. Per legem agnitio peccati.

III. Vt quæramus Mediatorem, qui legem pro nobis impleuit. Quia lex est pædagogus ad Christum, Gal. 3.

IIII. Vt votis ardentibus petamus restitutionem conformitatis cum lege in nobis, secundum promissionem DEI, Ierem. 31. Dabo legem meam in corda eorum, quod est: reddam eos conformes legi meæ.

Quot modis Christus impleuit legem.

Quatuor modis. I. Docendo, quæ sit vera sententia legis, quidq; requirat à nobis, videlicet non externam tantùm, sed internam etiam obedientiam, & puritatem.

II. Faciendo, seu integram obedientiam præstando legi. Fecit enim omnia quæ lex efflagitat. Philip. 2. Christus est factus obediens patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Matth. 5. Non veni, vt soluerem legem, sed vt implerem.

III. Su-

III. Sustinendo pœnas pro peccatis nostris. Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse sustinuit. Rom. 4. Mortuus est Christus propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

IIII. Instaurando legem in credentibus per Spiritum sanctum, quem effundit in corda nostra, vt nouam obedientiam erga legem DEI excitet.

Quo igitur confugiendum est nobis, cum ex lege iustificari non possimus?

A DEO irato scilicet propter peccata nostra, ad Deum misericordē, hoc est, propitium & placatum per mortem, obedientiam, & intercessionem filij, secundum Augustinum. Est igitur proxima & expeditissima via à Decalogo ad Symbolum seu fidem Christianam, quæ petit remissionem peccatorum, iusticiam & vitam propter Christum.

SECVNDA PARS CATECHISMI SYMBOLVM.

Quid significat Symbolum?

SYmbolum interdum significat signū siue tesseram militarem: sed hoc loco significat formulam fidei (Ein formular des glaubens.

Quid

Quid est Symbolum?

Symbolum est formula fidei, vel comprehensio articulorum fidei Christianæ.

Cur vocatur Symbolum Apostolicum?

Quia ab Apostolis collectum est, vel certè summam doctrinæ Apostolicæ continet.

Appellatur etiam fides Christiana: quia est norma seu regula fidei Christianorum.

Cur quotidie recitandum est Symbolum?

I. Vt recordemur magnorum beneficiorum DEI patris, filij redemtoris, & Spiritus sancti.

II. Vt excusitetur in nobis fides vera.

III. Vt seiungamus nos à Iudæis, Turcis & alijs profanis hominibus, qui non credunt in DEVM patrem, filium, & Spiritum sanctum.

IIII. Vt Symbolo vti possimus tanquam fundamēto totius doctrinæ Christianæ, & singularum eius partium, de DEO, de tribus personis diuinitatis, de creatione, de redemptione, de persona Christi,

Christi, & beneficijs eius, de Spiritu sancto, de conuersione hominis, de Ecclesia, & vita æterna.

Quot sunt articuli fidei in Symbolo?

Tres. Primus de Creatione. Secundus de Redemptione. Tertius de Sanctificatione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vt vnus est quidem DEVS, sed tres personæ distinctæ, non confusæ: ita sunt tres articuli fidei. Primus de creatione, quæ tribuitur DEO patri. Secundus de Redemptione, qui adscribitur filio. Tertius de Sanctificatione, quæ assignatur Spiritui sancto.

Credo) id est, omnem spem & fiduciam meam colloco.

In DEVM) scilicet patrem, filium & Spiritum sanctum. Nam DEVS est nomen commune patri, filio, & Spiritui sancto. Genes. 1.

DEVM patrem) Per Appositionem. Nam posterior vox est declaratio prioris. In DEVM, qui est pater, filius, & Spiritus sanctus. Idq; etiam indicat distinctio, quæ ponitur post vocem DEI.

Patrem) Id est verè me amantem, curantem, alentem, & seruantem.

Omnipotentem) Id est, qui tam potens est, vt possit ac velit me defendere ab omnibus malis & hostibus, quantumuis minas & ignem spirantibus: imò tunc etiam cum opis nihil reliquum esse videtur.

Quare creatio tribuitur DEO patri, cum sit commune opus DEI Patris, Filij, & Spiritus sancti?

Quia creatio rerum est opus, siue signum & nota, monstrans patrem. Ion. 1. Amos 4.

Explicatio Luteri.

Luteri explicatio per distributionem Rhetoricam exponit & declarat beneficia creationis. Primum beneficium est vita ipsa, seu corpus & anima. Secundum est victus, cum omnibus bonis ad vitæ cultum necessarijs. Tertium est defensio à malis. Quartum gratia & misericordia. Quicquid enim nobis dat DEVS, gratis dat. Vltimò additur clausula de gratiarum actione pro tantis beneficijs,

cñs. In fine est Epiphonema: Hoc certissime verum est: quod prodest ad excitandam & confirmandam fidem.

ARGVMENTVM.

Qui credit in DEVM *creatorem cœli & terræ, verè credit.*

Iudæi, Ethnici, & Turci credunt in DEVM, *creatorem cœli & terræ.*

Ergo Iudæi, Ethnici, & Turci rectè credunt.

Respondeo ad maiorem. per distinctionem. Nam maior intelligi debet de DEO, sicut se patefecit in verbo suo, nempe quod sint tres personę diuinitatis, Pater, filius, & Spiritus sanctus. Deinde minorem nego, quia Iudæi, Ethnici & Turci non credunt in DEVM, patrem, filium, & Spiritum sanctum.

ALIVD.

Homo est creatus à DEO

Homo est malus.

Igitur malum est creatum à DEO.

Respondeo. Nego consequentiam: quia in minori est fallacia accidentis. Nam Deus non creauit hominem malum, sed bonum. Quod igitur mali est in homine, id ex DEO non est, sed afflatum est homini à Diabolo tanquam venenum seu labes quædam.

ALIVD.

Ex nihilo nihil fit.
Ante creationem rerum nihil fuit,
Ergo DEVS condere mundum non potuit,
sed secundum Aristotelem, ab æterno fuit.

Respondeo. Concedo maiorem de agente naturaliter, non de DEO, qui est agens liberrimum, & omnipotens.

II. ARTICVLVS DE REDEMTIONE, ID EST, Liberatione generis humani à morte.

Secundus Articulus primùm describit personam CHRISTI. Secundò beneficia, quæ per redemptionis opus nobis peperit, & adhuc impertit.

DE PERSONA CHRISTI.

Quid est Christus?

Christus est verus DEVS & homo. Gen. 3. 22. 28. 49. Iesaia 7. 9. Matth. 1.

Quot sunt naturæ in Christo?

Duæ. Diuina, ab æterno, & humana in tempore assumpta ex Maria virgine: quæ sic tamen sunt vnitæ, vt vna tantum sit persona.

Græci

Græci Theologi de Christo dixerunt: In Christo est ἄλλο καὶ ἄλλο, aliud & aliud, id est, duæ naturæ diuersæ & dissimiles, scilicet diuina & humana.

Rectènè etiam dicitur: In Christo est ἄλλος καὶ ἄλλος, alius & alius?

Non: quia ἄλλος intelligitur de persona, sed in Christo non est alia & alia persona, sed vna tantum.

Rectènè dicitur: in Trinitate est ἄλλος καὶ ἄλλος?

Rectè: quia in Trinitate sunt plures personæ distinctæ.

IESVS est Saluator, vel qui salutem dat.

CHRISTVS est vnctus, à χρίω, vngo. Hebraicè Messias: quia est vnctus plenitudine Spiritus sancti, vt sit Rex & Sacerdos Ecclesiæ suæ perpetuus. Psal. *45. 110.* Dan. *9.* Hebræos *5.*

Vnicus vel vnigenitus, Ein Eingeborner, μονογενὴς. vnigena. Psal. *50.* Iohan. *1.*

Christus est Dominus noster, I. quia creauit nos, alit & conseruat, perinde vt pater. Ioh. *1.* Coloss. *1.*

2. Quia saluat nos. 3. Quia defendit ab hostibus & periculis. 4. Quia est caput nostrum, nos verò membra eius sumus. Hoseæ 13. Matth. 1. Coloss. 1.

DE OPERE REDEMTIONIS.

Quomodo Christus nos redemit?

Per passionem & mortem suam, Venit enim filius hominis, vt daret animam suam in redemtionis precium pro multis, id est, vt nos captos à peccato, morte & Diabolo liberaret, per sanguinem suum, qui est sufficiens λύτρον, id est, precium debitum iustitiæ diuinæ pro peccatis totius mundi. Iesa. 53. Ioh 1.

Quare Christus est conceptus de Spiritu sancto?

Vt fieret homo sine peccato. Esa. 53. Matth. 1. Lucæ 1.

Ioan. 3. Quod natum est ex carne, caro est.
Christus est natus ex carne, id est, ex Maria virgine.
Ergo Christus est caro.

Respondeo. Nego consequentiam, quia est ambiguitas in vocabulo carnis.

Nam

Nam in maiore caro significat hominem carnalem, ψυχικὸν animalem, seu non renatum per aquam & Spiritum. In minore verò aliud significat. Nam Christus quidem natus est ex virgine, sed sine virili semine, conceptus de Spiritu sancto, Psal. 110. Esaiæ 7. 11. Lucæ 2.

Quare natus est ex Maria virgine?

Propter promissionem Dei, quæ affirmat, Messiam ex stirpe Dauidis nasciturum esse, & quidem ex virgine. 2. Regum 7. Psal. 132.

Quare passus est sub Pontio Pilato?

Vt impleretur vaticinium Patriarchæ Iacobi, Geneseos 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, donec venerit Siloh. Fuit enim Pilatus Romanus præses seu magistratus. Ex quo certum est, tunc ablatum fuisse sceptrum de Iuda, & paruisse Iudæos extero magistratui, hoc est, Romano Imperatori, qui præsidem Iudæis præfecerat.

Cur crucifixus est?

Vt fieret maledictum, quo nos à maledictione liberaret. Deut. 21. Galat. 3.

Cur mortuus & sepultus?

Vt nos à morte liberaret, & omnia nostra peccata sepeliret, hoc est, deleret, & ex omni memoria euelleret. Esaiæ *11.* Lucæ *24.* Rom. *6.*

Cur descendit ad inferna?

Vt tyrannidem Diaboli destrueret, & à pœnis inferni nos liberaret. Psal. *16.* Act. *2.*

Quid significant inferna?

Significant inferiores partes terræ, secundum interpretationem Pauli, Ephes. *4.* Vbi Christus velut superatus & absorptus à morte iacuit.

Cur resurrexit à mortuis?

Propter iustificationem nostram, Rom. *4.* & vniuersalem resuscitationem omnium mortuorum in extremo die. Vbi enim caput est, ibi etiam membra esse oportet. Sed Christus est Caput, nosque membra eius sumus. Ergo cum Christus resurrexerit, nos quoq; resurgere ex morte necesse est. Esai. *53.* Ioh. *15.* *1.* Cor. *15.* *1.* Thess. *4.*

Cur ascendit ad cælos?

Vt

Vt triumphum ageret de hostibus suis, & nostris, aditumq; nobis omnibus ad cœlum patefaceret. Psal. *47. 68.* Act. *1. 2. 3.* Quem oportet quidem cœlum accipere vsq; in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est DEVS per os omnium sanctorum suorum à seculo Prophetarum.

Cur sedet ad dexteram DEI patris?

Vt sit Rex & sacerdos summus, regnans cum Patre, pari potentia, & defendens Ecclesiam suam. Psal. *110.* Marci. *16.*

Quid est sedere ad dexteram Dei Patris?

Est regnare cum Patre, pari potentia & maiestate. Lucæ *23.*

Ex hoc erit filius hominis sedens à dextris virtutis DEI. Ephes. *1.* constituens eum ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum & potestatem, ac virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in Futuro.

Quando venturus est ad iudicandum viuos & mortuos?

In extremo die. Esa. 66. Matth. 16. Luc. 21.

Qui sunt viui?

Homines in terra superstites.

Qui sunt mortui?

Omnes qui inde vsq; ab exordio mundi è vita excesserunt. 1. Thess. 4.

Quomodo iudicabit?

Retribuet vnicuiq; secundum opera sua. Matth. 25. Rex dicet his qui ad dexteram sibi erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum paratum vobis ab exordio mundi, Esuriui enim & dedistis mihi edere, &c. His verò qui à sinistris erunt dicet: Discedite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis eius &c. τὰ γὰρ ὀψώνια, id est, stipendia peccati mors. Donum autem DEI vita æterna per Christum Iesum Dominum nostrum Rom. 6.

Explicatio Luteri.

Credo quod Iesus Christus &c.

Primum

Primùm exponit Christi personam, quod sit verus DEVS, & verus homo. Secundò declarat modum redemptionis nostræ, cum ait: Christus redemit nos homines perditos & damnatos.

A quo nos liberauit Christus?

A peccatis, à morte, & potentia Diaboli. Coloss. 2. 1. Ioh. 3.

Quo precio?

Non auro & argento, sed suo sanguine & morte. 1. Petri 1.

Cur, vel in quem finem nos redemit?

Vt hæredes efficeret regni sui, & omnium bonorum cœlestium. Ephes. 1. 1. Pet. 1. 1. Ioh. 3.

Tertio: Hortatur ad grariarum actionem pro tantis beneficijs nostræ redemtionis & iustificationis.

Quæ est igitur iusticia Christiana, vel quomodo iustificatur Christianus coram DEO?

Christiana iusticia est ipsius Christi iusticia, quam sua passione & morte nobis peperit, imputat & donat, cum in illum

illum credimus, & salutem vitamq; ab eo petimus, & expectamus. Gen. 15. 22. Iesa. 53. Ioh. 1. 3. Act. 4. 10. 15. Rom. 3. 4. 5. 8.

TERTIVS ARTICVLVS DE SANCTIFICATIONE.

Sanctificatio est opus Spiritus sancti in Ecclesia Christiana, fitq; per verbum & legitimum sacramentorum vsum. Rom. 5. 1. Cor. 12. & ad Tit. 3.

Quæ partes sunt in hoc articulo notandæ.

Sex. I. *Quid est Spiritus sanctus?*

Spiritus sanctus est tertia persona diuinitatis, distincta à Patre & Filio, & procedens ab vtroq;, sanctificans & viuificans voce Euangelij Ecclesiam.

I I. Credo Ecclesiam) Id est, vere statuo esse cœtum visibilem hominum, qui Verbum Dei audiunt, & amplectuntur, legitimèq; vtuntur Sacramentis. Iesa. 59. Ioh. 10. 1 Corinth. 11.

Sanctam) id est Sanctificatam à Spiritu sancto, per Verbum & Sacramenta Act. 16. Ephes. 1. 1. Cor. 3. 1. Petri 4. 1. Thessal. 4.

Quo

Quomodo Ecclesia potest dici sancta, cum nullus Christianus absq; labe, & peccato sit donec in hoc mundo viuit?

Ecclesia vocatur sancta per Synecdochen, pars pro toto ponitur. Etsi n. Christianus non totus est purus & sanctus, sed in hac vita manet in eo ingens infirmitas, tamen quia credit in Christum imputatur illi fides ad iusticiam, & Spiritus sanctus est efficax in eo, sanctificarecq; illum incipit. Ephes. 5.

Catholicam) Id est, vniuersalem, dispersam per totum terrarum orbem, Danie. 12. Matth. 28. Pontificia Ecclesia vocatur Catholica καταχρηστικῶς, abusiue. Nam proprie Ecclesia Papistica est, quæ profitetur doctrinam & decreta Papæ.

III. Sanctorum communionem) Id est sanctos siue Christianos consortes siue participes, non solum doctrinæ eiusdem, sed eorundem etiam bonorum, scilicet salutis, iusticiæ, & vitæ, Psal. 17, Ezech. 36. Eph. 4.

IIII. Remissionem peccatorum) Id est, liberationem à culpa, & pœna æterna

terna. Nam cui peccatum est remissum, ille est iustus & beatus, Psalmo 32. Rom. 4. 1. Timoth. 2.

V. Carnis resurrectionem) Id est, statuo hoc ipsum corpus, quod circumfero, resuscitatum iri, vel ex morte reuiscaturum esse, rursumq; cum anima copulatum iri. Hiob 19. Esaiæ 26. Ioh. 5.

VI. Et vitam æternam) Id est, Credo post hanc vitam breuem & caducam, secuturam esse vitam sempiternam, cum lætitia nullo vnquam tempore cessatura. Iesa. 66. Ioh. 3. 1. Petri 1.

Amen.) Id est, hæc omnia certa sunt, firma & rata.

Explicatio Luteri.

In Luteri explicatione hæc capita potissimum illustrantur:

I. Docet vnde sit fides, qua coram Deo iusti sumus, nempe à Spiritu sancto, non ex viribus naturalibus, aut sapientia humana. Matth. 11. Ioh. 6.

II. Recensetbeneficia Spiritus sancti, vel exponit modum, quo nos Spiritus sanctus conuertit, sanctificat & seruat.

1. Vocat

1. Vocat nos per Euangelium seu verbum DEI. Debemus igitur verbum DEI audire, & amplecti.

2. Illuminat nos suis donis, id est, accendit in nobis lucem, siue agnitionem DEI veram. Act. 26.

3. Sanctificat nos recta fide, id est, per fidem veram in Christum.

4. Conseruat nos in recta fide, id est, non solum incoat in nobis fidem, sed etiam fouet, & auget. 1. Petri 1.

III. Caput docet peccata nobis non semel, sed quotidie remitti.

IIII. Addit applicationem remissionis peccatorum in Ecclesia ad singulos credentes siue Christianos.

V. Affirmat resurrectionem mortuorum in extremo die ad omnes homines quidem pertinere, sed vitam æternam solis credentibus dari. Daniel. 12. 2. Thess. 1.

ORATIO DOMINICA, TERTIA PARS CATECHISMI.

Quid est Oratio Dominica?

Oratio Dominica est precatio tradita & præcepta à Domino nostro Iesu Christo, Das HERREN Gebet.

Quid

Quid petimus in Oratione Dominica?

Petimus res siue bona Spiritualia & corporalia.

Quæ sunt bona spiritualia?

Sanctificatio nominis DEI, gubernatio Spiritus sancti siue regnum DEI, congruentia voluntatis nostræ cum voluntate DEI, remissio peccatorum, defensio ab insidijs Diaboli & mundi, liberatio denique vniuersalis ab omnibus malis.

Quæ sunt bona corporalia?

Bona corporalia sunt omnia, quæ ad huius vitæ vsum & cultum pertinent. Quæ omnia complectitur appellatio panis quotidiani.

Quot sunt partes Orationis Dominicæ?

Tres. *Exordium.*
Narratio &
Epilogus.

DE EXORDIO.

Pater noster, qui es in cœlis.

Quid docet præfatio?

Tribuit

Tribuit DEO titulum conuenientem.

Pater noſter) i.e. ô DEVS pater, fili, & Spiritus ſancte, qui verè nos amas & curas, perinde ac pater ſuum filium amat ac fouet. Item qui vis nos exaudire & iuuare. Pater enim eſt officij nomen, conueniens etiam filio, & Spiritui ſancto. Eſa. 9.

Quare patris appellatio etiam filio conuenit?

Quia etiam filius nos amat ac fouet æquè atq; pater.

Qui es in cœlis.

Id eſt, Qui omnipotens es, & potes nos exaudire & iuuare, ita vox patris tribuit DEO voluntatem iuuandi. Altera vox, Qui es in cœlis, tribuit DEO facultatem opitulandi. Eſſe, enim in cœlis, ſignificat verè adeſſe vbiq;, exaudire & reſpicere nos.

DE SECVNDA PARTE, QVAE CONTINET CONGEriem ſiue expoſitionem rerum, ſiue bonorum, quæ petimus in Oratione Dominica?

PRIMA PETITIO.

Sanctificetur) id est, verè agnoscatur,& colatur.

Nomen tuum) i.e. verbū tuum, ex quo te vere agnoscimus. Nomen enim declarat naturam rei: Sic verbum declarat DEI naturam, & voluntatem.

Quæ est igitur sententia primæ Petitionis?

Sententia hæc est: ô DEVS fac, vt te ex doctrina verbi tui recte cognoscamus & colamus.

Luteri explicatio.

I. Luteri interpretatio est verè Dialectica: quia docet sanctitatem, item regnum DEI in secunda petitione, & voluntatem DEI in tertia, non absolutè, sed relatiuè intelligi debere: hoc est, non quatenus per se DEVS est sanctus, regnat, & facit quod vult: sed quatenus efficit in nobis, vt recte agnoscatur, colaturq;, & nos scilicet sic regat ac det, vt facere possimus, quæ DEVS vult. Quemadmodum etiam Cyprianus enarrat in sermone de oratione Dominica.

II. Ponit affirmatiuam & negatiuam, hoc est, explanat quomodo sanctificetur

tur nomen DEI, & non sanctificetur, siue profanetur.

Quomodo sanctificatur?

Per puram doctrinam verbi, & vitam sanctam, seu DEO placentem.

Quomodo profanatur?

Per impiam doctrinam, & vitam malam.

SECVNDA PETITIO.

Adueniat) id est, propagetur & crescat.

Regnum DEI est iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Rom. 14. Petimus itaq; vt augeatur in nobis iustitia, pax, & gaudium per Spiritum sanctum.

Summa vel sententia secundæ petitionis?

Da, ô DEVS, vt verbum tuum sit efficax in nobis, per Spiritum sanctum tuum, & firmiter nos consoletur aduersus Satanam, & alios hostes.

Luteri interpretatio modum exponit, quo regnum DEI aduenit: nempe cum Spiritus sanctus est efficax in nobis, excitans fidem & studium pie viuendi.

TERTIA PETITIO.

Fiat voluntas tua) Id est, fac, vt tibi perinde obediamus, & grata faciamus, ac angeli in cœlo tibi obediunt, & grata faciunt. Voluntas enim significat id, quod vult DEVS.

Summa petitionis *1. 2. & 3.* Prima petit veram notitam verbi DEI. Secunda effectum verbi. Tertia congruentiam actionum nostrarum cum voluntate DEI.

Quæ est sententia tertiæ petitionis?

Sententia est: Effice, ô Pater, vt in vera humilitate, & subiectione tibi obedíamus, & omnia nostra studia & acta tibi placeant.

Reprime etiam furorem, & conatus nefarios Diaboli, & hominum malorum, qui ingrata tibi facere studeant.

Luteri interpretatio I. Exponit impedimenta voluntatis diuinæ in nobis, seu actionum DEO placentium, ceu sunt, conatus, & studia Satanæ mundi, & nostræ ipsorum carnis.

II. Commemorat adiumenta actionum DEO placentium, quæ sunt confirmatio fidei, & propositi boni in nobis.

QVARTA PETITIO.

Synecdoche. Panem) id est, victum, sanitatem, et alia, quæ ad huius vitæ corporalis vsum & cultum sunt necessaria. No-

Noſtrum) id eſt, quo nos indigemus.

Quotidianum) id eſt, quo per dies ſingulos indigemus. Translatio Syriaca habet: panem neceſsitatis noſtræ, Vnſere notturfft.

Vox hodiè prohibet ſolicitudinem, ne plus appetamus, quàm præſens vſus atq; neceſsitas poſtulant. Sed in reliquum tempus etiam DEO fidamus, & præſidia neceſſaria ab eo expectemus.

Quæ eſt ſententia petitionis quartæ?

Sententia eſt: Suppedita nobis, ô Pater, victum & amictum. Præbe, & tuere ſanitatem, fœcunditatem, parentes, liberos, familiam, cognatos, amicos, Magiſtratum, & alia huius vitæ neceſſaria commoda, quæ nomine panis comprehenduntur, & in Dn. Luteri interpretatione ordine recenſentur. Eſt igitur panis genus, ſeu generalis appellatio omnium rerum ad vitæ vſum cultumq; pertinentium.

QVINTA PETITIO.

Dimitte nobis) id eſt, condona.

Debita) id eſt, Peccata, quibus te offendimus. Vt enim debita obligant hominem ad ſoluendum ſuo creditori:

ita peccata nos obligant ad pœnam persoluendam DEO.

Nobis scilicet reis coram te.

Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris) His verbis nos ipsos DEO, quem alloquimur, obligamus ad mutuam condonationem offensionum, siue iniuriarum, quibus alij nos affecerunt, vel afficiunt.

Debitoribus) id est, his qui nos læserunt, vel offenderunt.

Quæ est sententia petitionis Quintæ?

Sententia est: Sumus rei coram te, ô Pater: sed tu propitius esto nobis peccatoribus, & recipe nos in gratiam propter filium tuum: flecte etiam corda nostra dura, vt & ipsi vicissim æquo animo feramus errata & iniurias, quibus nos alij afficiunt.

OBIECTIO.

Qui accipit remissionem peccatorum, cum condition ea, vt vicissim alijs remittat, is non gratis accipit.

Christianus accipit remissionem peccatorum

rum à DEO, cum conditione ea, vt vicissim suo proximo remittat debita. Ergo Christianus non gratis accipit remissionem peccatorum.

Respondeo ad minorem. Non est ea sententia petitionis quintæ, quasi propter nostram condonationem peccata à DEO nobis remittantur: Sed hoc vult filius DEI, cum tot tantaq; peccata gratis à DEO nobis remittantur: decet nos vicissim errata & offensiones multo leuiores condonare proximo nostro.

PETITIO SEXTA.

Inducas) id est, sinas induci. Est phrasis hebraica.

Induci verò significat solicitari vel impelli.

Intentationem) id est, ad faciendum ea, quæ tibi odio, & nobis exitio sunt.

OBIECTIO.

Verba actiua significant effectionem seu impulsionem.

Induco est verbum actiuum.

Ergo significat effectionem. Et per consequens DEVS impellit nos ad faciendum ea, quæ ipsi odio, nobis vero exitio sunt.

Respondeo. Nego consequentiam. Quia est fallacia τῆς φράσεως, id est, consuetudinis loquendi. Nam verbum induco sicut etiam alia verba actiua, consuetudine hebraica, significant permissionem. Est igitur sensus horum verborum: Noli permittere, vt cum labimur, penitus succumbamus, desperemus, & pereamus.

Luteri interpretatio duo tractat. I. Vnde sit tentatio, nempe à carne nostra, mundo, & Diabolo. Nam caro nostra est praua & prona ad peccandum. Mundus vero est plenus illecebris ad labendum. Diabolus autem insidijs & technis infinitis nos adoritur, & perdere studet. II. Quid in ipsa tentatione, quæ abesse à Christiano ferè non solet, faciendum sit, monet, nempe in verbo & fide perseuerandum, & eluctandum.

Quæ est sententia petitionis sextæ?

Sententia est: Ingens est, ô Pater, carnis nostræ malitia, multiplices illecebræ mundi, & infinitæ insidiæ Diaboli, quæ omnia assiduè in fraudem nos impellunt. Tu igitur nos fragiles massas sustenta, ne desperemus aut succumbamus, sed te duce & autore eluctemur & seruemur.

SEPTI-

SEPTIMA PETITIO.

Libera) Id est, mitiga, & tandem prorsus in cœlestem habitationem transfer.

A malo) Id est, ab omnibus calamitatibus & miseriis, morbo, fame, odio, tyrannide Diaboli, fraude mundi, & aliis molestiis & angoribus, quibus in hoc mundo diuexamur, & premimur, tandemq; à morte quoq; ipsa & damnatione æterna.

Quæ est sententia VII. petitionis?

Durum est, ô Pater, peccati onus, magnaq; moles ærumnarum in hac vita. Ideoq; gemimus & te oramus, vt tu calamitates nostras lenias, & vel læto exitu ex hac ærumnosa vita, vel desiderabili aduentu filij tui nos liberes, & cœlesti tuo hospitio recipias.

DE EPILOGO.

Epilogus recitat causas, quæ impellunt DEVM ad exaudiendum & dandum, quæ petimus.

I. Quia tuũ est regnum) Id est, Tu rex & pater noster es. Vt igitur rex tueri & fouere debet suos subditos:

Sic tu, ô pater, non potes non iuuare nos & seruare.

II. Et potentia) Id est, satis potens es ad iuuandum nos in quacunq; necessitate, & ad dandum omnia quibus indigemus.

III. Et gloria) Id est, Vt tu glorificeris. Nam nostra salus est tua gloria.

In secula seculorum) id est in omni æternitate.

Amen) Id est, Certum, ratum, & firmum sit, quod petimus.

Est enim Amen vox asseuerandi vel affirmandi.

Paulus inquit: Omnes promissiones DEI in Christo sunt, Amen, id est, certæ & infallibiles.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

SAcramentum ein heiliger bund, Græce, μυστήριον arcanum ein geheimnis Vt Iris est Sacramentum gratiæ. ein bund zeichen der gnade Gottes.

Apud Ciceronem significat Sacramentum idem, quod iurisiurandi religio eides pflicht. Vt obligare se Sacramento sich mit eides pflicht verbinden / oder bey eides pflicht versprechen.

Petrus.

Petrus 1. Petri 3. Vocat Baptismum stipulationem bonæ conscientiæ erga DEVM, eine verpflichtung gegen Gott/ obligationem mutuam DEI, & hominis baptisati: Nam DEVS testatur se recipere personam baptisatam in gratiam. Persona baptisata vicissim dat fidem DEO, quod rite eum colere velit.

ARGVMENTVM.

Vox ἄγραφον non est vsurpanda in Ecclesia.

Vox Sacramenti est ἄγραφον, Id est, in scriptura sancta non extat.

Igitur vox Sacramenti non est vsurpanda.

Resqondeo ad Minorem. Etiamsi latina vox Sacramenti non reperitur in scriptura: tamen græca vox μυστήριον Vsurpata est à Paulo.

Quid est Sacramentum?

Sacramentum est Ceremonia siue actio diuinitus instituta, per quam DEVS nobis exhibet promissa bona.

Quare Sacramentum est actio?

Quia consistit in agendo. Vt baptismus

ſmus conſiſtit in baptizando, id eſt, in pronunciatione verbi diuini, & merſione in aquam.

Sacramentum Cœnæ conſiſtit in accipiendo, edendo, & bibendo, ſicut verba habent: Accipite, Comedite.

Quæ bona promiſſa exhibet nobis DEVS in Sacramento?

In Baptiſmo exhibet nobis ſuam gratiam, hoc eſt, remiſsionem peccatorum, iuſticiam & vitam. In Sacramento cœnæ exhibet nobis corpus & ſanguinem filij ſui IESV CHRISTI, & applicat nobis ſuam gratiam.

Quot ſunt Sacramenta noui Teſtamenti?

Duo, Baptiſmus & Cœna Domini, à Chriſto inſtituta, & Myſterio effoſsi lateris Chriſti ſignificata. Sicut Ioannes ait, Chriſtum venire per aquam, hoc eſt, Baptiſmum, & ſanguinem, hoc eſt, Cœnam ſacram.

Definitio nominis.

Baptiſmus eſt nomen verbale ſignificans immerſionem, à βαπτίζω quod eſt tingo vel immergo.

EX-

EXPOSITIO DEFINITIONIS LVHERI.

Quot res sunt in Sacramento Baptismi?

Duæ. Elementum aquæ, & verbum, siue mandatum diuinum. Nam hæc duo coniunctæ faciunt Baptismum, sicut dictum Augustini docet: Accedat verbum ad elementum, & fiet Sacramentum.

Quod est igitur tale verbum DEI?

Id est, Quibus verbis Christus instituit, & sacrauit Baptismum.

Euntes) id est, Ite in totum orbem. Docete gentes, baptisantes eos) Est mutatio generis in voce gentes, & relatiuo, eos, per Syntheſin: quia constructio ad intellectum refertur: per eos enim intelliguntur homines.

In nomine) id est, ad agnitionem & inuocationem veri DEI, patris, filij, & sancti. Auff die erkentnis vnd anruffunge Gottes des Vaters etc.

Ad quid prodest scire institutionem Baptismi?

Vt sciamus mandatum DEI esse, & quidem

dem vniuersale, vt omnis, qui vult esse Christianus, & fieri hæres vitæ æternæ, baptizetur.

II. Vt sciamus nos fœdere arctissimo obligari ad agnoscendum & inuocandum DEVM vnum, in tribus personis.

III. Vt nos consolemur hoc ipso mandato Christi, & certo statuamus, gratiam ad nos pertinere, quantumuis indignæ gentes simus.

OBIECTIO.

Christus iubet prius docere gentes, quam baptizare.

Infantes non possunt doceri.

Ergo infantes non sunt baptizandi.

Respondeo ad maiorem. Christus iubet docere omnes gentes, ad quas mittebantur Apostoli, vt ad Christum conuerterentur, & baptizarentur, quamuis iam essent adulti. Deinde ad minorem respondeo.

Spiritus sanctus, per verbum DEI in Baptismo pronunciatū absq; omni dubitatione efficax est in persona, quæ baptizatur, quamuis sit infans, quia verbum DEI, recte vsurpatum, non est irritum.

Quid præstat aut confert baptismus?

Hoc

Hoc caput exponit vsum Baptismi.

Quis est vsus Baptismi?

I. Est remissio peccatorum. Nam qui baptizatur à peccatis abluitur.

II. Liberatio à morte, & Diabolo. Nam per Baptismum ex morte æterna in vitam æternam transferimur, & ex regno Diaboli traducimur in regnũ Dei.

III. Aeterna beatitudo. Quicunq; enim iuxta institutionem Christi baptizatur, fit hæres æternæ salutis.

Quid requiritur ab eo, qui baptizatur?

Fides, quæ assentitur verbo diuino, & talia Christi beneficia ad se applicat.

Cur adhibentur Compatres in Baptismo?

Tempore Higini Papæ Romani circa annum Christi nati 140. Cœperunt adhiberi compatres in Baptismo.

I. Quia Christus iubet ad se adferri infantes, id quod per compatres fit commodissimè.

II. Vt Compatres sint testes Baptismi.

III. Vt in locum parentum succedant ipsis mortuis, & insuper vnà cum parentibus erudiant, & instituant liberos ad pietatem & honestatem.

Qui crediderit & baptisatus fuerit, &c.

Saluatne Baptismus solus per se?

Non,

Non, sed fides & Baptismus. Luterus Genesis 48. Caput doctrinæ nostræ est, Sacramentum non operari gratiam sine fide.

Qui vero non crediderit condemnabitur, scilicet Etiamsi baptizatus sit.

Condemnabitur) Id est, Reus erit iræ Dei & pœnæ sempiternæ.

OBIECTIO.

Is saluus erit qui crediderit, & baptizatus fuerit.

Infantes non credunt.

Ergo infantes non saluantur.

Nego minorem. Nam Spiritus sanctus per Baptismum certò est efficax, & peculiari quadam ratione excitat fidem in persona baptizata. Qui hoc responso contentus esse non vult, is sic habeat, nos niti certo, & expresso mandato Christi, qui iubet Infantes ad se adferri, hoc est, sibi inseri per Baptismum, additq; talium esse regnum cœlorum. Vt ergo regni cœlorum participes fiant, necesse est eos baptizari.

III. CAPVT.

Quid docet hoc Caput?

Primum

Primùm docet in Baptismo comprehendi duo, Aquam scilicet, & verbum Christi. His duobus addi oportet tertium scilicet fidem.

II. Docet quid sit Baptismus secundum descriptionem S. Pauli, nempe salutaris aqua vitæ, & lauacrum regenerationis in Spiritu sancto.

III. Recitat ipsa Pauli verba de Baptismo.

Per lauacrum regenerationis) Est periphrasis Baptismi.

Quid significat regenerari?

Significat ex aqua & spiritu renasci, vt Christus docet. Iohan. 3.

Quid significat renouari?

Significat exuere veterem hominem cum factis suis, & induere nouum, qui renouatur ad agnitionem, & imaginem eius qui condidit illum. Coloss. 3.

Quomodo fit renouatio?

Per verbum & Spiritum sanctum.

Quid significat iustificari gratia DEI?

Significat gratis accipere remissionem

peccatorum, iustitiam & salutem per & propter mediatorem Christum.

Iuxta spem) Quia in hac vita hæredes quidem sumus vitæ æternæ, sed in spe. 1. Iohan. 3. Nunc filij Dei sumus & nondum apparuit id quod futuri sumus.

Indubitatus sermo) Id est, certò verum est.

QVARTVM CAPVT.

Quid significat immersio?

Hodie pro immersione vtimur affusione aquæ super infantem, quæ ter repetitur.

Licetne Ecclesiæ mutare ritus?

Licet in rebus scilicet medijs, vel Adiaphoris; seruata tamen institutione Christi, & vsu vero.

Adam) Id est, Homo per Antonomasiam, quia proprium ponitur pro appellatiuo.

Vetus) Id est, Peccato & morti obnoxius.

Mortificationem) Id est, Contritionem. Nam in contritione sentitur ira Dei, & mortis dolor. Iesaiæ. 38. 2. Corinth. 7. Pœni-

Pœnitentiam) Id est, conuersionem.

Quomodo per Baptismum submergitur & extinguitur vetus homo?

Cum à peccato abluimur, ex morte in vitam transferimur. Rom. 6. Scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato, &c. Cum enim peccatum deletur vel remittitur nobis, vere moritur vetus homo.

Nouus homo) Id est, Regeneratus per Baptismum, & Spiritum sanctum.

Viuere coram DEO in sanctitate & iustitia, est in vera fide Christi obedire DEO, sancta dicendo, & iusta faciendo.

Sepulti sumus) Id est, Sicut Christus pro peccatis nostris mortuus & sepultus est: ita nos quoq; in Baptismo morimur peccato, ne sit amplius efficax in nobis, aut regnet.

OBIECTIO.

Sepultus non viuit.
Homo post Baptismum viuit.
Ergo post Baptismum non sepelitur homo.

Respondeo ad maiorem per distinctionem. Alia enim est vita vetus, vel veteris hominis. Alia est vita noua. Iam in Baptismo aboletur vetus vita, & incoatur vita noua. Quocirca mori & sepeliri cum Christo per Baptismum, intelligi debet de veteri homine seu vita.

Quid significat ambulare in nouitate vitæ?

Significat repugnare peccato, & facere ea, quæ Deo grata sunt, fiducia mediatoris Christi.

Nouitas vitæ, id est, noua vita. Est phrasis hebraica.

DE CONFESSIONE.

Quid est Confessio?

COnfessio est actus, quo fatemur, & deploramus peccata nostra coram Deo, & sacerdote, absolutionemq; eorum petimus propter Christum.

Fuitne vsitata talis confessio in veteri Testamento?

Fuit. Nam 2. Reg. 12. Dauid confitetur peccatum suum Prophetæ Nathan, inquiens: Peccaui Domino.

Estne

Estne fundata talis Confessio in nouo Testamento?

Est. Nam Matth. 3. scribitur: Baptizabantur homines confitentes peccata sua.

Quotuplex est Confessio?

I. Triplex. Alia priuata coram DEO, vt cum in oratione Dominica dicimus: Pater dimitte nobis debita nostra, confitemur nos peccasse, & veniam petimus à DEO. Item Psal. 32. Dixi, confitebor aduersum me iniquitates meas Domino &c. Et Danielis 9.

II. Alia fit coram Sacerdote, & vocatur publica, quia fit coram ministerio seu ministro publico. Vocatur etiam auricularis Confessio, quia fit ad aures sacerdotis.

III. Alia fit coram proximo, vt reconcilietur, sicut Matth. 5. præcipitur. Vade, & reconciliare fratri tuo.

Quot sunt partes Confessionis veræ?

Tres. Prima est commemoratio peccatorum iuxta Decalogum, vt iuxta primum præceptum confitemur, nos non vere timere ac diligere DEVM, illique confidere. Iuxta secundum præce-

Inſtituta eſt confeſsio auricularis tempore Damaſi Papæ, circiter annum Chriſti 370.

ptum fatemur, nos non satis diligenter & ex animo inuocare, & colere DEVM. Iuxta tertium confitemur, nos negligenter audire & discere verbum DEI in diebus festis. Iuxta quartum confitemur, nos procul abesse à vero cultu, & obedientia, quam parentibus, præceptoribus, & magistratui debemus. Iuxta quintum confitemur, nos ardere iniusto odio, inuidia, & vindictæ cupiditate aduersus proximum. Iuxta sextum querimur nos sæpe incendi flammis libidinis contra mandatum DEI. In septimo confitemur fraudes & impostura. In octauo mendacia & alias leuitates in sermone & gestu. In reliquis duobus deploramus cupiditates prauas, quæ ad mala omnia nos incitant.

Secunda pars Confessionis est deprecatio, in qua ostendimus grauiter nos dolere, quod peccatis nostris DEVM offendimus, simulq; veniam à DEO petimus, vt nos in gratiam recipiat, propter filium suum, policentes curam & studium emendandi & instituendi vitam secundum DEI verbum.

Tertiò, Petitio consolationis per absolutionem, & communicationē corporis & sanguinis Christi, iuxta testamentum ipsius.

Eius

Eine Beicht gegen Gott. Erstlich der 51. Psalm. Darnach diss Formular.

ACh lieber HERRE Gott/ ich mus mich ja schemen für deinem Angesicht/ Vnd darff meine Augen nicht frölich auffheben für Dir. Denn es ist ja alle mein wesen vnd thun nichts denn ein Grewel für Dir/ Vnd mus bekennen das ich des Tods vnd Hellen pein schüldig bin. Aber lieber Gott siehe nicht an was an mir ist/ vnd was ich gethan vnd verdienet habe/ Sondern siehe an das Verdienst/ Leiden vnd Sterben deines lieben Sons/ Der mein Mittler zwischen Dir worden ist/ vnd sein Blut für meine Sünde vergossen hat/ Das Er mich vom Tode vnd Teuffel errette. Vmb des willen bitt ich Dich/ Du wollest mir meine Sünde vergeben/ vnd mich zu gnaden annemen/ auch mich durch Dein Wort vnd Geist stercken vnd regieren/ das ich der Sünden feind werde/ dem Teuffel/ meinem eigen Fleisch/ vnd der Welt widerstrebe/ Vnd Dir allein mit rechtem Glauben anhange/ Dich liebe/ Dir gehorsam sey/ vnd meinem Nechsten auch in meinem beruff vnd Ampt dienen möge/ vnd in solchem fürsatz bis ans ende bestendig bleibe/ Amen.

Confessio coram DEO.

MAgne DEVS, vtiq; pudet me in

conſpectum tuum venire, nec ferre ad te oculos audeo. Quicquid enim in me eſt, nil niſi mera abominatio coram te eſt: Adeoq; fateri me res cogit, mortem & pœnas inferni me abunde meritum eſſe. At tu optime DEVS, ne ſpectes qualis ſim ego, quidq; fecerim, aut meritus ſim: ſed intuere potius meritum, paſsionem & mortem cariſsimi filij tui, qui interceſſor meus apud te factus eſt, ſanguinemq; ſuum pro peccatis meis profudit: quo me à morte, & Satana liberaret. Propter hunc te oro & obſecro, vt peccata mihi condones, meq; in gratiam recipias. Tum verbo etiam & Spiritu tuo me confirmes & regas, quo peccatum odiſſe incipiam, Satanæq; carni meæ, & mundo reſiſtam, & à te ſolo, fide vera nixus, pendeam, te diligam, tibi obediam, & proximo etiam meo in officij mei munere inſeruiam, in eoq; propoſito vſque ad finem vitæ perſeuerem, Amen.

Eine Beicht gegen dem Prieſter.

HErr Gott lieber Herr / Ich erkenne vnd bekenne / Das ich mit meinem vnglauben / vnd böſem leben /

leben/ eitel zorn vnd straff bey Gott verdiene/ vnd ein Kind des ewigen Tods sein müste/ Wo nicht Gott seinen Son für mich in den Tod gegeben hette / das er mich von Sünde vnd Tod erlöste. Darumb ob ich gleich ein grosser Sünder bin / so tröst ich mich doch des gnugsamen verdinstes Jhesu Christi/ meines Heilands / vnd bitte euch/ wöllet mich an desselben statt jtzund auch von meinen Sünden losprechen / vnd mit dem lebendigen Wort Gottes / vnd Sacrament des Leibs vnd Bluts Christi im glauben stercken vnd trösten. Jch wil mich durch die gnade Gottes bessern / vnd hinfort für Sünden hüten.

Confessio coram Sacerdote.

VEnerande Domine, agnosco & profiteor, me incredulitate, & malis meis moribus nil nisi iram DEI, & pœnas mereri: adeoque filium esse æternæ mortis oportere: nisi DEVS filium suum pro me mori passus esset, quo me à peccato & morte liberaret. Quocirca quamuis peccator sim magnus: tamen consolatur me sufficiens meritum Iesu Christi, saluatoris mei. Teq; oro, vt me iam illius loco à peccatis meis absoluas, viuificoq; DEI verbo, & Sacramento corporis & sanguinis Christi me in fide mea confirmes & soleris. Dente mihi cu-

conſpectum tuum venire, nec ferre ad te oculos audeo. Quicquid enim in me eſt, nil niſi mera abominatio coram te eſt: Adeoq; fateri me res cogit, mortem & pœnas inferni me abunde meritum eſſe. At tu optime DEVS, ne ſpectes qualis ſim ego, quidq; fecerim, aut meritus ſim: ſed intuere potius meritum, paſsionem & mortem cariſsimi filij tui, qui interceſſor meus apud te factus eſt, ſanguinemq; ſuum pro peccatis meis profudit: quo me à morte, & Satana liberaret. Propter hunc te oro & obſecro, vt peccata mihi condones, meq; in gratiam recipias. Tum verbo etiam & Spiritu tuo me confirmes & regas, quo peccatum odiſſe incipiam, Satanæq; carni meæ, & mundo reſiſtam, & à te ſolo, fide vera nixus, pendeam, te diligam, tibi obediam, & proximo etiam meo in officij mei munere inſeruiam, in eoq; propoſito vſque ad finem vitæ perſeuerem, Amen.

Eine Beicht gegen dem Prieſter.

HErr Jrdiger lieber Herr / Jch erkenne vnd bekenne / Das ich mit meinem vnglauben / vnd böſem leben /

leben/ eitel zorn vnd straff bey Gott verdiene/ vnd ein Kind des ewigen Tods sein müste/ Wo nicht Gott seinen Son für mich in den Tod gegeben hette/ das er mich von Sünde vnd Tod erlöste. Darumb ob ich gleich ein grosser Sünder bin/ so tröst ich mich doch des gnugsamen verdinstes Jhesu Christi/ meines Heilands/ vnd bitte euch/ wöllet mich an desselben statt jtzund auch von meinen Sünden lossprechen/ vnd mit dem lebendigen Wort Gottes/ vnd Sacrament des Leibs vnd Bluts Christi im glauben stercken vnd trösten. Jch wil mich durch die gnade Gottes bessern/ vnd hinfort für Sünden hüten.

Confessio coram Sacerdote.

VEnerande Domine, agnosco & profiteor, me incredulitate, & malis meis moribus nil nisi iram DEI, & pœnas mereri: adeoque filium esse æternæ mortis oportere: nisi DEVS filium suum pro me mori passus esset, quo me à peccato & morte liberaret. Quocirca quamuis peccator sim magnus: tamen consolatur me sufficiens meritum Iesu Christi, saluatoris mei. Teq; oro, vt me iam illius loco à peccatis meis absoluas, viuificoq; DEI verbo, & Sacramento corporis & sanguinis Christi me in fide mea confirmes & soleris. Dicte mihi cu-

ræ erit, per DEI gratiam, vt peccata in tempus posterum vitem.

DE SACRAMENTO ALTARIS.

Quare Cœna Domini vocatur Sacramentum Altaris?

SAcramentum Altaris nominatur, quia ad Altare distribuitur. Vocatur etiam testamentum Christi, quia est voluntatis Christi iusta sententia, de eo, quod post mortem suam vult fieri.

Quid vero vult fieri Christus post mortem suam?

Iubet nos edere corpus suum pro nobis datum, & bibere sanguinem suum pro peccatis nostris effusum, idq; facere in commemorationem sui.

Quot sunt res siue partes Sacramenti Altaris?

In hac definitione expressè nominantur tres partes.

I. Est verum corpus, & verus sanguis Christi.

II. Est panis & vinum.

III.

III. Est actus manducandi & bibendi à Christo ordinatus.

Irenæus cap. 34. lib. 4. ait: Sacramentum Altaris, vel Eucharistia, vt ipse vocat, constat ex duabus rebus, terrena & cœlesti. Res terrena sunt elementa, panis & vinum. Cœlestis, est corpus & sanguis Christi.

Qualis hæc est definitio Lutheri?

Est causalis. Materialis causa est duplex. Vna est panis & vinum. Altera verum corpus & sanguis Christi. Nam ex his duabus rebus fit, & constat Sacramentum Cœnæ.

Verum corpus, & verus sanguis Christi opponitur signo corporis & sanguinis Christi, & excludit μεταναμίαμ, quam fingunt Sacramentarij.

Significatur item per corpus verum, corpus præsens, nõ absens. Efficiens causa Sacramenti Cœnæ est Christus Dei filius, qui non solum instituit hanc cœnam, sed ipsemet etiam adest, & dato pane & vino, dat nobis suum corpus & sanguinem, estq; efficax in credentibus & sumentibus. Formalis causa cœnę sanctæ, est ipse ritus à Christo ordinatus, qui consistit in pronunciatione verborum CHRISTI, & in exhibitione

tione atq; sumtione panis & vini, item corporis & sanguinis Christi. Modum vero ipsum, quo id fiat, vt dato & sumto pane atq; vino detur atq; sumatur, verum corpus, & verus sanguis Christi, scire non possumus, sed simpliciter, & sine dubitatione siue disceptatione nos credere decet verbis Christi, quæ nos fallere non possunt. Ioh. 15. ad Tit. 1.

Quid significat manducare ac bibere?

Significat proprie id, quod sonat, nempe ore percipere iuxta mandatum Christi. Accipite, Comedite. Item bibite.

Traditus est) Id est, proditus.

Accepit panem) Hic diserte nominatur elementum panis, Vocatur etiam vna species Sacramenti.

Cum gratias egisset) Hoc verbū docet cœnā Christi esse cœnam gratiarū actionis. Nam edentes & bibentes in hac cœna, debemus gratias agere Christo. Inde εὐχαριστία ab Ecclesia nominatur, quod est gratiarum actio.

Fregit) Id est, distribuit, phrasi hebraica. Esa. 58. Frange esurienti panem tuum, id est, distribue. Acci-

Accipite, Comedite) Hæc sunt verba actiua. Ideoq; Sacramentum definitur, quod sit actio à Christo instituta.

Hoc est corpus meum) Hic expressè nominatur corpus Christi, ex quo liquet, in Sacramento cœnæ esse duas res nempe panem & corpus Christi. 1. Cor. 11. ἔλαβεν ἄρτον & εὐχαριστήσας ἔκλασε, & εἶπε: λάβετε, φάγετε, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα.

Quod pro vobis datur.)

Hæc verba declarant corpus Christi, quod reuera non sit aliud in hac cœna, quàm vox ipsa denotat, nempe verum corpus Christi & substantiale, non signum corporis Christi. Non enim signum corporis Christi pro nobis datum est, crucifixum & mortuum, sed verum & viuum corpus Christi.

Syllogismus est perspicuus:

In cœna sancta accipimus corpus Christi, quod pro nobis datum est.

Signum corporis Christi non est pro nobis datum.

Ergo in cœna sancta non accipimus signum corporis Christi, sed viuum eius corpus.

Com-

Commemoratio) hoc loco significat idem, quod memoria vel recordatio.

Hoc facite in mei commemorationem) Id est, Credite me pro peccatis vestris mortuum esse, & in tali fide celebrate beneficium meum, & gratias agite.

Bibite ex hoc omnes) Vox omnes ostendit hoc beneficium ad omnes homines pertinere.

Hic calix) id est, vinum per Synecdochen, quia continens ponitur pro contento.

Nouum Testamentum) id est, fœdus vel pignus, de remissione peccatorum accipienda gratis propter meritum Christi. Testamentum significat fœdus, quod DEVS nobiscum fecit.

In meo sanguine) Id est, cum meo sanguine, vel per & propter meum sanguinem, Psal. 78. Iacob seruiebat in Rachel, id est, propter Rachel. Zachariæ 9. In sanguine testamenti educes vinctos, id est, per vel propter. Roman. 4. Iustificati in sanguine ipsius, id est, per vel

vel propter sanguinem eius. Non igitur vinum solum, sed vinum cum sanguine Christi coniunctum, est seu efficit nouum testamentum.

OBIECTIO.

Facere significat sacrificare, apud Virgilium & Ciceronem, pontificij in confutatione Augustanæ confessionis hæc verba ponunt: Facere in hebræa, Græca, & Latina lingua significat sacrificare.

Christus iubet nos facere.

Christus igitur iubet nos sacrificare, id est, missam celebrare.

Nego consequentiam, quia est æquiuocatio in verbo facere, quod in testamento Christi, neq; potest, neq; debet aliter accipi, quàm in significatione propria & vsitata, secundum verba actiua præcedentia, accipite, comedite, bibite.

Quid verò prodest sic &c.

Quid docet hoc caput?

Docet de vsu seu fructu Sacramenti cœnæ.

Quis

Quis est vsus seu fructus Sacramenti Cœnæ?

I. Est applicatio, & quasi obsignatio remissionis peccatorum, vitæ & salutis, in singulis credentibus.

II. Est confirmatio fidei nostræ. Ideo enim vtimur sacra Cœna, vt fides nostra languida confirmetur, & augeatur.

III. Est commemoratio siue recordatio mortis Domini, cum pia gratiarum actione.

IIII. Est nota professionis nostræ Christianæ, discernens nos à Turcis & Iudæis, qui hoc Sacramentum aspernantur & reiiciunt. Item Symbolum ein Kennezeichen/mutuæ dilectionis.

Qui potest corporalis &c.

Quid docet hæc quæstio?

Docet de modo consequendi verum vsum siue effectum Cœnæ sanctæ.

Quis est effectus Cœnæ sanctæ?

Remissio peccatorum. Nam vsus huius Cœnæ hoc efficit in nobis, vt certi simus de remissione peccatorum.

Quæ

Quæ res requiruntur ad consequendum istum effectum?

I. Actio ipsa, quæ consistit in manducando & bibendo, iuxta mandatum Christi.

II. Verbum Christi, Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Item bibite sanguinem meum, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum.

III. Fides, quæ verbo Christi credit.

Quid significat ieiunare?

Ieiunare est caste, & moderatè viuere, vt animus vacare possit precationi, & meditationi verbi.

Quid significat ieiunium?

Ieiunium non significat inediam siue abstinentiam cibi & potus, vel abstinentiam à certis cibis.

Proba.

DEVS non vult nos perdere corpus nostrum.

Inedia perdit corpus.

Ergo DEVS non præcipit inediam.

Corpus suum præparare est habitu & gestu

gestu decenti accedere ad Cœnam. Hoc modo decet nos omnes ieiunare, & corpus præparare, quotiescunq; Sacramento Altaris vtimur.

Quis digne vtitur Sacramento Altaris?

Qui in fide vera vtitur. Vel secundum Paulum, qui seipsum probat, & corpus Domini discernit, hoc est, qui pœnitentiam agit, & credit se accipere corpus & sanguinem Christi pro se effusum in remissionem peccatorum: Quotiescunq; enim comederitis panem HVNC, & de Poculo hoc biberitis, mortem Domini annunciate donec venerit, inquit Apostolus. *1.* Cor. *11.*

Quæ sunt causæ impulsiuæ, quæ nos excitare debent ad expetendum vsum sacræ cœnæ?

I. Est mandatum Christi, iubentis nos accipere, comedere, bibere, corpus & sanguinem suum: idq; facere in sui commemorationem.

II. Commoda amplissima: quod corpus suum nobis ad manducandum, & sanguinem ad bibendum præbet: Secundò remissionem peccatorum applicat & obsi-

obsignat in nobis, dato tanto pignore & sigillo. Tertiò fidem confirmat. Quartò ad gratiarum actionem exuscitat.

Quis indigne vtitur?

Qui sine pœnitẽtia & fide vtitur, & securus est, nihil aut parum differre existimans Cœnam Domini, ab alijs cœnis, quibus corpus pascitur, iuxta illud 1. Cor. 11. Quisquis ederit panem hunc, aut biberit de poculo DOMINI indigne, reus erit Corporis & sanguinis DOMINI. Item, Qui edit aut bibit indigne, iudicium sibi ipsi edit & bibit, Non dijudicans corpus DOMINI.

PRECATIO AD FILIVM DEI, VT DIGNE VTAMVR Sacramento.

IVbes me ô fili DEI, accipere & comedere corpus tuum, & bibere sanguinem tuũ in hoc Sacramento Cœnæ tuæ, idq; facere in tui commemorationem: Ego vero sentio & cognosco in me nihil nisi meram indignitatem atq; imbecillitatem. Ergo fidem veram in me excita & augè, vt vere credam hoc, quod manduco, esse verum corpus tuum, quod pro me datum est: & quod bibo, esse

verum sanguinem tuum, quem pro me effudisti in remissionem peccatorum meorum. Et sic deinceps, vt vera gratiarum actione prædicem hoc beneficium tuum, & fructus feram tibi iucundos, mihi vero & proximo salutares. Amen.

PRECATIO MATVTINA.

Benedicere tria significat, *I.* Gratias agere. Vt in Psalmo *103.* Benedic anima mea Domino.

II. Bona precari. Genes. *45.* Iacob moriturus benedixit liberis suis.

III. Benefacere, vt cum DEVS benedicit, verè benefacit. DEVS benedicit coniugio, id est, benefacit coniugibus.

Benedictio matutina.

Benedictio matutina) id est, gratiarum actio pro acceptis beneficijs præteritæ noctis, & precatio salutis ac defensionis ineuntis diei.

Signabis te signo) Signare se signo sanctæ crucis, est munire se fide Christi crucifixi & pijs precibus, estque hic character Christianorum proprius.

OBIECTIO.

Figura nulla est efficacitas.
Signum crucis est figura.

Ergo

Ergo signi crucis nulla est efficacitas.

Respondeo. Concedo totum argumentum, de figura nuda & per se intellecta.

Nam signo sanctæ crucis nulla inest efficacitas per se, nisi accedant meditatio verbi DEI & fides in Christum.

In nomine) Id est, in confessione, & inuocatione.

In manus tuas) id est, potentiam tuam siue patrocinium, per Metonymiam.

Benedictio Mensæ.

Benedictio) id est, precatio ad mensam, vt DEVS cibum & potum salubrem largiatur.

Præ se ferentes) id est, ostendentes. Oculi, id est, animi, die Hertzen. per Metaphoram.

Omnium) scilicet animantium & viuentium.

Sperant in te) id est, petunt & expectant à te victum.

Escam illorum) id est, singulis das cibum congruentem, homini panem, vinum: brutis pabulum: cuique conueniens alimentum.

Aperis tu manum tuam) id est, Distribuis alimenta perinde, vt Patersamilias benignus. Est Metaphora depingens liberalitatem DEI.

Imples) Satias, ditas.

Benedictione) id est, beneficentia tua, durch deine gutthat.

Largitate) Liberalitate.

Gratiarum actio.

Confitemini) id est, Celebrate Dominum, vel gratias agite Domino.

Est propositio hortans ad agendum gratias DEO pro acceptis beneficijs.

Quoniam bonus) Ratio: quia benignus est erga omnes.

OBIECTIO.

Accidens non est in DEO.

Bonum esse, est accidens.

Igitur bonum esse non cadit in DEVM.

Respondeo ad minorem. Bonitas in DEO est proprietas essentialis.

Bonus) benignus.

Bonum est communicatiuum sui. Was gut ist/ das teilet gerne mitte.

DEVS est bonus.

Ergo DEVS communicat sua bona cum omnibus.

Quoniam

Quoniam in seculum) II. Ratio. Quia est misericors semper, id est, non agit nobiscum pro suo iure: sed condonat nobis delicta, & tolerat nostram infirmitatem.

Misericordia) scilicet durat vel manet, per Ellipsin.

Qui dat escam) Expolitio declarans DEI bonitatem.

Carni) Creaturæ.

Iumentis) Brutis vel pecudibus.

Inuocãtibus eum) id est, clamantibus ad DEVM, tunc cum in nido deseruntur à parentibus. Coruus vocatur ἄστοργος, id est, carens naturali affectione siue amore erga sobolem.

Quomodo alit DEVS pullos coruorum?

Efficit vt nascantur in nido vermiculi, quos vorant pulli, & satiantur.

OBIECTIO.

Inuocare est opus creaturæ rationalis.

Coruus non est rationalis creatura.

Ergo coruus non inuocat DEVM.

Concedo totum argumentum propriè intellectum. Sed Psalmus figuratè loquitur κατὰ προσωποποιίαν, id est, secundum fictionem personæ, qua sensus &

oratio tribuitur bruto scilicet coruo. Propriè enim coruus non inuocat, sed crocitat.

Et pullis coruorum) vnde ductum est hoc argumentum? Ex minori, hoc modo:

DEVS pascit & alit pullos coruorum.
Ergo multo magis nos homines vult alere.

Non in fortitudine equi) id est, forti seu robusto equo, hebraica consuetudine. Sensus est, Non placet DEO præsidium externum, quo confidit homo. Nam fortitudo equi per Synecdochen significat quodcunq; præsidium externū. Equus solus nominatur quidem, sed intelligitur omne animal robustū vel quæcunq; res valida, vt opes, potentia, gratia hominum.

Tibijs viri) Tibiæ viri significant robur per Metonymiam, signum pro signato. Tibiæ sunt signum roboris, hic pro ipso robore ponuntur.

Beneplacitum est Domino) Id est, Pij homines placent DEO. Periphrasis est in verbis hisce.

ELE-

ELEGANTES QVAEDAM EX SCRIPTVRA SENTENTIAE *de præcipuis ordinibus vitæ.*

TRes sunt ordines seu gradus generis humani, ante lapsum instituti in paradiso. I. Ecclesiasticus, complectens docentes & discentes in Ecclesia & Scholis, Der Lehrstand oder geistliche stand.

II. Politicus, comprehendens magistratum & subditos, der ehre standt.

III. Oeconomicus in legitimo coniugio, comprehendens patrem & matremfamilias, seruos, ancillas, der nehrstand.

Episcopus latine inspector vel contemplator commissi gregis Bischoff quasi bey den Schafen. Cicero fuit Episcopus Campaniæ. Hector fuit Episcopus Troiæ. Iliad. Vltimo, id est, præses ein Vffseher.

Episcopus in quo prædicamento?

In Relatione. Fundamentum est persona ad docendum apta beneq; morata. Terminus est finis seu officium, quod est docere Euangelium in certo loco

Ex fundamento & termino colligitur definitio Episcopi.

Episcopus est persona, apta ad docendum

cendum beneq; morata, & per homines vocata ad docendum in certo loco.

Potestne Episcopus errare?

Potest errare, quando scilicet discedit à scriptis Propheticis & Apostolicis. Apostolus vero non potest errare, quia habet testimonium, quod non erret.

Parochus) παροχος à παρέχω, id est, præbeo. ein Pfarner. id est, præbitor verbi & Sacramentorum. Parochia vel Paroecia eine Pfarre.

Oportet igitur) Descriptio Episcopi exponens eius officia, vel requisita.

Irreprehensibilis) Ἀνεπίλημπτος, id est, expers criminis coram hominibus, vt iure accusari nequeat.

OBIECTIO.

Nemo sine crimine viuit.

Ergo Episcopus non potest esse irreprehensibilis.

Responsio. Paulus requirit in Episcopo curam & studium vitandi lapsus, & alia vitia, quantum præstare homini possibile est.

ALIA OBIECTIO.

Non est homo, qui non peccet.

Ergo homo non potest esse irreprehensibilis.

Nego

Nego consequentiam, & ratio est, quia aliud est sine peccato, ἀναμάρτητον esse, aliud irreprehensibilem, ἀνεπίλημπτον.

Vnius vxoris maritum) Secundum requisitum Episcopi est coniugium. Episcopus debet esse maritus vnius vxoris, id est, debet viuere in coniugio legitimo, non Polygamia, In der Ehe vieler Weiber.

Proba Cœlibatum Monachorum & Sacerdotum esse impium.

Resp. Paulus Apostolus 1. Tim. 4. inquit, Spiritus autem certo loquitur, quod in posterioribus temporib. desciscēt quidam à fide, attendentes Spiritibus impostorib. ac doctrinis dæmoniorum, per simulationem, falsiloquium, cauterio nōtatam habentium conscientiam, prohibētium contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis, quos DEVS creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus & ijs, qui cognouerunt veritatē. Pontificij hunc locum ad Tatianos detorquent, ipsa vero verba cogunt non de Tatianis sese intelligi.

Tatiani .n. non prohibebant modò, sed damnabant in totum coniugium, dicentes illud malum & peccatum esse. Vetum papa & Papistæ nec cibum nec

coniugium damnant prohibent solum nubere & abstinere à cibis, quos confitentur à DEO creatos, faciuntq; id specie religionis. Vide Luterum Tomo 2. pag. 294.

Vigilantem) III. Episcopus debet esse vigilans, id est, solicitus de grege suo, die ac nocte.

Sobrium) IIII. Episcopus debet esse Sobrius, id est, debet viuere pudicè, continenter, sobriéq;.

Modestum) V. Episcopus debet esse modestus, id est, grauis pro dignitate ministerij, non leuis.

Hospitalem) VI. Episcopus debet esse hospitalis, id est, benigne suscipere & tractare aduenas, extorres, & egenos, pro modo facultatum.

Aptum ad docendum) VII. Episcopus debet esse bonus doctor, qui non solum didicerit recte scripturam cœlestem & artes, quæ sunt instrumenta docendi, sed etiam propugnare suam doctrinam possit aduersus contradicentes.

Non vinolentus) VIII. Episcopus non debet esse vinolentus, non debet quærere voluptates, sed vitare omnes earum illecebras.

Non

Non percussorem) IX. Episcopus non debet esse percussor, sed alienus à pugnis, id est, non debet esse contentiosus, pugnax & violentus.

Non turpiter lucri cupidum) X. Episcopus non debet esse turpis lucri cupidus, sed alienus ab auaritia, id est, Non debet esse auarus, qui quæstui habeat Ecclesiam, & pecuniæ causa quiduis audeat.

Qui suæ Domui) XI. Debet bene præesse domui suæ, id est, debet esse bonus paterfamilias, qui vxorem suam, liberos atq; familiam amet, curet, alat ac defendat.

Qui liberos habeat) Id est, debet suos liberos assuefacere ad obedientiam & cultum debitum parentibus. Habere liberos in subiectione, significat habere liberos obsequentes & morigeros.

Cum omni reuerentia) Habere liberos cum omni reuerentia, id est, tales qui reuerenter parentes suos honorant.

Non nouitium) XII. Episcopus non debet esse nouitius, id est, recens insertus Ecclesiæ, qui neq; doctrinam cœlestem recte cognouit, nec vsum habet.

Quid

QVID DEBEANT &c.

Quæ sunt officia auditorum Euangelij?

I. Debent Pastori suo victum. Nam Pastor debet viuere de Euangelio, id est, victum habere ex ministerio Euangelij, per Hypallagen.

Communicet Doctori) Communicare in omnibus bonis significat victum præbere.

Præsbyteri) id est, pastores.

Qui benè præsunt &c.)

Quid docet hoc dictum Pauli?

Docet Pastori Ecclesiæ duplicem honorem tribuendum esse, nempe victum & reuerentiam.

Non alligabis) Alligare os significat denegare victum, per Metonymiam, signum pro re signata. Alligare os est signum inediæ.

Boui trituranti) id est, Ministro facienti officium suum per Metaphoram. Olim in oriente boues calcando vel trahendo excutiebant grana in agris vel areis.

Obedite) Exhortatio ad obedien-

dum

dum & credendum Pastoribus.

Præpositis vestris) id est, Episcopis siue Pastoribus.

Ipsi enim) Ratio præcepti ab officio Pastorum ducta.

Quod est officium Pastorum?

Vigilare & rationem reddere de suis auditoribus.

Vbi cogitur Pastor reddere rationem talem?

Coram Christo Iudice, qui in extremo iudicio à Pastoribus de quibus singulis vel auditoribus rationem poscet. Sicut DEVS per Ezechielem minatur sacerdoti: Sanguinem inquiens, eius scilicet impij, de manu tua requiram, nisi dixeris ei, vt monitus sibi caueat. Ezech. 3.

Vt cum gaudio) Alia ratio, à fine siue vtili.

Hoc faciant) id est, officio suo fungantur.

Cum gaudio) id est, Prompto & alacri animo. Est enim promptitudo siue alacritas præcipua pars cuiusque operis.

Scholasti-

Scholasticus semper in animo & ore habeat hoc votum:

Fac Deus, vt quod me facere vis, cum gaudio faciam, sine tædio & fastidio.

Hoc enim expedit) id est, Gemitus ministrorum piorum propter ingratitudinem & impietatem auditorum, penetrat nubes, & impetrat certam vindictam, quemadmodum de precatione afflicti Siracides ait, cap. 35. item ad Hebræos 13.

DE MAGISTRATIBVS.

Omnis anima) Propositio præcepti: subditus sit vnusquisq; magistratui suo.

Anima) id est, homo per Synecdochen, quia pars ponitur pro toto.

Potestatibus) id est, magistratibus.

Supereminentibus) id est, dominantibus.

Non enim) Ratio à causa efficiente, vel ordinatione Dei.

Qui autem restiterint) Alia ratio à fine siue pœna non obedientium Magistratui.

Accipient iudicium) id est, accersent pœnam, per Metalepsin.

Gladium

Gladium gestat) id est, Fungitur officio coërcendi improbos, per Metonymiam.

Nam DEI minister) Definitio Magistratus. Magistratus est minister DEI, vel vicarius DEI ad tuendum probos, & puniendum improbos.

Ad iram) ad pœnam.

Quid subditi &c.) id est de, officijs subditorum erga Magistratus.

Cæsari) id est, cuilibet Magistratui ordinato.

Quæ sunt Cæsaris) id est, quæ debentur Magistratui. Matth. 22.

OBIECTIO.

Christus iubet obedire Cæsari.
Non quiuis Magistratus est Cæsar.
Ergo non cuiuis Magistratui ordinario est obediendum.

Respondeo ad maiorem. Vox Cæsaris in hoc dicto generaliter pro quouis Magistratu ponitur. Quemadmodum etiam vox Regis.

Iram) metum pœnæ.

Conscientiam) id est, vt possitis habere conscientiam tranquillam. Qui

enim magistratui refragatur, saueiat conscientiam suam.

In hoc ipsum) id est, vt loco Dei defendant probos, & puniant improbos.

Cui tributum) scilicet debetis. Tributum, φόρος, Schos / ex immobilibus. Von vnbeweglichen gütern / oder ligenden gründen.

Vectigal) τέλος, Zoll, scilicet ex mobilibus, Von farender habe oder handel.

Obsecrationes) Obsecratio vel deprecatio est petitio liberationis à malis & periculis.

Orationes) Oratio est petitio bonorum necessariorum.

Interpellationes) Interpellatio est intercessio seu petitio pro alijs.

Gratiarum actiones) Gratiarum actio est celebratio acceptorum beneficiorum.

Pro omnibus hominibus) Id est, pro pijs, vt seruentur, pro impijs, vt conuertantur, vel coërceantur.

Grauitate) Grauitas est virtus, seruans conuenientiam in sermone & actione, pro personæ, temporis, & loci ratione, Nach gelegenheit.

Omni

Omni humanæ creaturæ) scilicet ordinatæ ad regendum. Sic genus, vel vniuersalis propositio, restringenda est ad particularem.

Siue Regi) id est, æquè debetis obedire vicarijs, den Stadthaltern, siue legatis principis, Amptleuten, atq; ipsi principi.

Quot igitur debet subditus suo Magistratui iuxta hæc scripturæ dicta?

Quatuor.

I. Obedientiam.
II. Tributum.
III. Honorem vel Reuerentiam.
IIII. Intercessionem apud DEVM, vt magistratum armet intelligentia, & felicitate. Ieremiæ 29. 1. Timoth. 2.

MARITIS.

Cohabitent) Versentur cum vxoribus.

Secundum scientiam) id est, debita moderatione, & circumspectione.

Honorem) id est, officia debita.

OBIECTIO.

Honor est subiectio. Id est, qui alium honorat, subijcit se illi.

Maritus debet honorem vxori.
Ergo Maritus est subiectus vxori.

Resp. Nego consequ. uia est ὁμωνυμία æquiuocatio, in voce honoris, qua significantur hoc loco officia debita, quorum tria sunt.

I. Est honesta opinio de coniuge, quod & ipsa sit organum DEI salutare.

II. Cultus siue amor, beneuolentia, fides, & cura de victu.

III. Aequitas tolerans aliqua errata.

Vasi muliebri) id est, organo.

Gratiæ vitæ) id est, salutis æternæ, quæ gratis datur nobis.

Propositio est: Mariti tractent suas vxores modestè, & honestè.

Ratio prima: quia mulier est organum infirmius.

Secunda ratio: quia vxor æquè est hæres vitæ æternæ, atq; maritus.

Tertia ratio: Vt vno animo absq; vlla impeditione preces DEO adhiberi possint, tam ab vxore, quam à marito.

VXORIBVS.

Similiter vxores) Propositio præcepti: Vxores subditæ sitis vestris viris.

Quem-

Quemadmodum Sara) Ratio ab exemplo matris credentium.

Sara) id est, domina seu libera, vt interpretatur Paulus in Galatis.

Abraham) id est, pater multarum gentium.

Quare hoc nomine dicitur?

Propter promissionem.

Appellans illum Dominum) Id est, tribuens illi honorem tanquam superiori. Dominus est appellatio honoris.

Cuius factæ estis) Omnes mulieres credentes in filium DEI, sunt filiæ Saræ, non quidem secundum carnem, seu propagationem carnalem: sed secundum promissionem, quæ communis est Saræ, & omnibus mulieribus credentibus post Saram.

Dum benefacitis) id est, rectè obitis munus mulieris siue vxoris.

Quod est officium vxoris?

I. Obedire marito, tanquam capiti suo.

II. Ad exemplum Saræ maritum amare, & domum, liberos, familiamq; fideliter curare.

Non terremini vllo pauore) Id est, ita vos gerite erga maritos, vt sine vi atq; metu officium vestrum facere possitis.

PARENTIBVS.

Hoc caput docet de officio parentum erga liberos suos.

Quid debent parentes liberis suis?

Debent eos educare.

Quomodo?

De hoc tria præcepta dat S. Paulus.

I. Iubet liberos educare moderatè, non morosè, nec asperè.

II. Iubet eos educare per institutionem honestam.

III. Per doctrinam salutarem.

Patres) id est, Parentes, præceptores, tutores, & quicunq; parentum loco sunt.

Ne prouocetis ad iram) Id est, nolite asperius & morosius tractare liberos vestros, aut irritare, vbi necesse non est.

Per eruditionem) id est, institutionem seu disciplinam liberalem.

Per

Per correptionem) id est, doctrinam de DEO, & veris cultibus DEI. Vt enim παιδεία ad mores formandos: sic νουθεσία κυρίου, id est, admonitio Domini, ad animi pietatem cultumq; pertinet: vt vtrumq; discant pueri, & moribus honestis, compositisq; instruantur, & doctrina vera de DEO erudiantur.

OBIECTIO.

Cauere, ne liberi prouocentur ad iram, est molliter tractare liberos.

Paulus iubet cauere, ne ad iram prouocentur liberi.

Paulus igitur iubet molliter tractare liberos.

Respondeo. Nego maiorem, quia habet falsam definitionem, siue interpretationem phrasis Paulinæ. Nam cum Paulus vetat liberos prouocare ad iram, non præcipit mollem educationem, sed prohibet tantum nimiam asperitatem.

LIBERIS.

Filij obedite parentibus,)

Hoc caput continet præceptum de officio liberorum erga parentes.

Quid debent liberi suis parentibus?

Debent illis obedire,

Propter quas causas?

I. Propter ordinationem seu mandatum DEI.

II. Quia iustitia hoc ipsum postulat.

III. Quia DEVS promittit præmia omnibus, qui parentibus suis obediunt.

OBIECTIO.

Aliud est honorare, aliud obedire.

Quartum præceptum iubet parentes honorare.

Ergo non iubet eis obedire.

Respondeo, Nego maiorem, quia honos complectitur obedientiam, & obedientia complectitur honorem. Nam filius obtemperans parentibus suis, eos honore afficit.

Filij) id est, liberi cuiuscunq; sexus, discipuli, clientes.

In Domino) id est, secundum ordinationem Domini.

SERVIS, ANCILLIS, MERcenarijs, & cæteris ad laborem conductis.

Hoc caput tractat de officio Seruorum.

Serui obedite) Propositio præceptí

pti de officio Serui : Serui officium est o-bedire Domino.

Quot res complectitur obedientia, quam seruus debet Domi-no suo?

I. Continet timorem & tremorem, id est, reuerentiam & metum.

Qui Domini sunt iuxta carnem) id est, politici, Weltliche Herren.

Cum simplicitate) II. Simplicita-tem cordis, id est, fidem sine fraude, ver-sutia, mendacio & alijs malis artibus.

Non ad oculum) III. Constan-tiam, vt non minus officium suum faci-ant absente, quàm præsente Domino.

Tanquam serui Christi) Magna est dignitas serui, quòd Christi sit mini-ster. ex quo sane solatiū magnum capere possumus, in quocunq; ministerio si-mus, quamuis duro & laborioso.

Facientes ea, quæ vult DEVS) IIII. Curam faciendi ex animo manda-tas sui officij operas.

OBIECTIO.

Seruus non seruit hominibus, sicut in textu dicitur:

Seruientes Domino, non hominibus.
Dominus ciuilis est homo.
Ergo seruus non debet seruire ciuili Domino.

Respondeo ad maiorem per distinctionem. Seruus principaliter seruit, DEO, post DEVM verò, siue minus principaliter Domino ciuili siue homini. Est enim in his verbis collatio DEI, cœlestis Domini, & hominis, terreni Domini.

Illud scientes) De præmijs serui fidelis, & infidelis: fidelis quidem remunerationem amplam à DEO accipiet. Infidelis verò pœnas æternas deportabit.

PATRIBVS FAMILIAS & Matribus familiàs.

Et vos domini &c.

Caput de officio dominorum erga seruos.

Quomodo domini debent tractare seruos suos?

Debent illis moderatè & sanctè imperare.

Facite eadem) id est, tractate seruos mutua benevolentia: sicut vultis seruos

seruos vobis obedire, & officium suum facere cum beneuolentia, & ex animo.

Remittentes minas) id est, non asperè nec duriter imperantes seruis.

Scientes quod) Ratio est, quia vnus est & idem Dominus, communis Dominis & seruis, qui iudicaturus est omnes ex æquo.

Nec personæ respectus est apud eum) id est, DEVS æquè curat seruum, atq; Dominum.

Personæ respectus, προσωπολημψία opponitur iustitiæ. Vt igitur iustitia tribuit suum cuiq; ita personæ respectus, non tribuit cuiq; suum, sed bonis mala, & malis bona.

COMMVNI IVVENTVTI.

Similiter iuniores &c.

Canon de officio iuuentutis, seu iuniorum.

Quæ virtus maximè commendat puerum, adolescentem, & iuuenem?

Humilitas, vel subiectio, & reuerentia erga seniores.

Quid

Quid est humilitas?

Humilitas est virtus, agnoscens propriam infirmitatem, & reuerenter sese subijciens DEO, & alijs, propter dona, atq; officium à DEO tributum.

Propterea quod) Ratio à DEI ordinatione, consequentibusq; pœnis.

DEVS superbis resistit.)

Emphasis est magna in his verbis. Quid enim faciet, aut quo se vertet homo, qui resistentem siue aduersantem habet DEVM?

Herodotus in Polymnia: ὁ θεὸς κολοβοῖ τὰ ὑψηλά. DEVS mutilat alta.

Quod est præmium humilitatis?

DEVS, vt inquit Apostolus hoc loco 1. Petri 5. Superbis resistit, humilibus autem dat gratiam &c.

Humiliamini) Conclusio canonis, repetens adhortationem ad studium curamq; humilitatis, addens finem seu fructum, qui est exaltatio.

Cum erit opportunum) Id est, quando DEO placuerit, & nobis vtile erit.

VIDVIS.

Porrò

Porrò quæ verè vidua &c.

Canon de vita, moribus, & actionibus viduarum.

Quæ est vera vidua, sive re ipsa talis?

I. Quæ priuata est marito, capite suo, & vitæ dimidio.

II. Quæ destituta est omni ope, & præsidio amicorum, cognatorum &c.

III. Quæ egena est.

Sperat) In græco est ἤλπικεν sperauit. Estq; enallage, præteritum pro præsenti ponitur, quia vidua semper debet sperare.

Quod est primum officium viduæ?

I. Sperare in DEO.

Quid est spes?

Spes est expectatio promissi aut futuri alicuius boni.

II. Officium viduæ est perseuerare in obsecrationibus, die, & nocte.

Obsecratio, δέησις, est petitio liberationis à malis.

Precatio, προσευχὴ, est petitio bonorum necessariorum.

Porro

Porrò quæ in delitijs) Antitheſis de vidua laſciuiente, & luxuriante.

OBIECTIO.

Duo contraria non poſſunt ſimul eſſe in vno ſubiecto, id eſt, perſona.
Vita & mors ſunt contraria.
Ergo vita & mors non poſſunt eſſe in vna perſona ſeu vidua ſimul.

Reſpondeo ad maiorem: Regula vera eſt de contrarijs in gradu excellenti, non in gradu remiſſo.

Viuens mortua eſt) id eſt, vidua, quæ voluptates quærit, ſimilis eſt homini mortuo. Vel, perinde eſt, ac ſi eſſet mortua. Eſt pulcra coniunctio contrariorum.

OMNIBVS IN COMMUNE.

Dilige proximum tuum &c.

Quid docet hoc caput?

Eſt Canon, ſeu doctrina generalis, de mutuis officijs inter Chriſtianos.

Dilige) id eſt, iuua verbis & factis. Quia verba affectuum apud Hebræos, ſignificãt etiam effectum, ſeu opus ipſum.

Eſt

Est igitur sententia: Dilige, id est, exerce omnia opera, quibus iuuari proximus potest, aut gratū illi fieri. 1. Ioh. 3.

Proximum tuum) Proximus est, quicunq; ope nostra eget, der vnser bedarff. Luc. 10.

Sicut teipsum) Vox Sicut, notat æqualitatem, siue communicationem officiorum omnium. Vt igitur seipsum nemo odit: Ita nec alium odisse debet.

In hoc sermone) id est, Præcepto.

Summatim comprehenduntur) Id est, omnia præcepta legis referuntur ad dilectionem, tanquam ad caput. Nam omnes virtutes siue opera bona oportet dilectione perspergi, & velut tingi. Ideoque dilectio in interpretatione Decalogi D. Luteri singulis præceptis tanquam fons & regina bonorum operum, præficitur.

Sicuti Iustitia, autore Cicerone 2. Offic. est princeps & regina reliquarū virtutum, in Philosophia: Sic dilectio est princeps & regina reliquorum bonorum operum, in Theologia.

Et ante omnia) II. Officium generale omnium hominum, scilicet preces adhibere DEO, pro se & alijs.

Depre-

Deprecationes) id est, petitiones liberationis à malo.

Obsecrationes) id est, petitiones bonorum necessariorum.

Interpellationes) id est, intercessiones pro alijs.

Gratiarum actiones) scilicet pro acceptis beneficijs. Sic igitur quatuor sunt species orationis Christianæ. Oratio est genus. Species sunt quatuor; Deprecatio, Obsecratio, Interpellatio, & Gratiarum actio.

Exemplum diuisionis generis in species.

SYMBOLVM D LVTERI.

Discat suam quisq; lectionem:
& pulcre stabit domus eius.

Est regula vitæ, præcipiens de colenda sedulitate, & vitanda πολυπραγμοσύνῃ, inquietudine. Monet enim, vt quisque suæ vocationis seu muneris officia propria & necessaria sedulò fideliterq; curet & efficiat: Aliena verò, & non necessaria magno studio vitet.

Phil: Mel:

Feceris haud quicquam, nisi quod feciſſe necesse est:
Quamq; dedit, normæ, est vna sequenda, DEVS.

SECVN-

SECVNDA PARS LIBELLI.

TEXTVS BIBLICOS DE PRAECIPVIS FESTIS ANNI complectens.

I. *Nonum Caput Esaiæ, in Festo Natiuitatis Domini.*

II. *Vaticinium Patriarchæ Iacobi, de Messia, ex cap. 49. Geneseos.*

III. *Septimum caput Esaiæ. Ecce virgo, &c.*

IIII. *In Festo Magorum LX. cap. Esaiæ.*

V. *In die Purificationis Mariæ Canticum Simeonis.*

VI. *De Passione Christi cap. 17. Ioannis.*

VII. *Caput 53. Esaiæ de Passione, morte, resurrectione & regno Christi.*

VIII. *In die Paschatis textus ex cap. 1. Corinth. 5.*

IX. *In Festo Ascensionis Christi textus Pauli Ephesios 4. cap.*

X. *Alius textus de Ascensione ex Psalmo 68.*

XI. *De Pentecoste noui Testamenti, Concio Prophetæ Ioelis cap. 2.*

XII. *Contextus de Spiritu sancto, ex 51. Psal.*

XIII. *De sancta Trinitate ex cap. 11. ad Rom.*

XIIII. *In Festo Ioannis Baptistæ, Canticum Zachariæ, Luc. 1.*

XV. *In Festo Visitationis Mariæ, Magnificat, &c.*

XVI. *In Festo Michaëlis contextus de Angelis, ex 12. capite Apocalypsis.*

XVII. *In tempore aduentus Domini, explicatio hymni, Veni redemtor, &c.*

XVIII. *Psal. 103.*

XIX. *Tertium caput Siracidæ.*

IN FESTO NATIVITATIS DOMINI,

TEXTV CAPITIS IX.

Esaiæ.

Populus, qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam, & habitantibus in regione vmbræ mortis, lux fulget. Multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiam. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, & sicut exultant qui diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius confregisti, sicut in die Midian. Quoniam conflictus confligentium in tumultu, &

& vestimentum volutatum in sanguine comburetur, & erit cibus ignis. Nam puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & erit libertas super humerum eius. Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater æternus, princeps pacis, vt multiplicet imperium, & pacem sine fine, super solium Dauid, & super regnum eius, vt constituat & stabiliat illud in iudicio, & iustitia ad omnem æternitatem. Hoc faciet zelus Domini exercituum.

DAs volck so im finstern wandelt / sihet ein grosses leicht / vnd vber die da wohnen im finstern Lande scheinet es helle. Du machst der Heiden viel / damit machestu der frewden nicht viel. Für dir aber wird man sich frewen / wie man sich frewet in der Ernde / wie man frölich ist / wenn man beute austheilet. Denn du hast das Joch jrer last / vnd die Ruthe jrer Schulter / vnd den stecken jres Trei-

bers zubrochen / wie zur zeit Midian. Denn aller Krieg mit vngestüm vnd bluetig Kleid wird verbrandt vnd mit Fewer verzeret werden. Denn vns ist ein Kind geborn / ein Son ist vns gegeben / Welches Herrschafft ist auff seiner Schulter / vnd Er heist Wunderbar / Rath / Krafft / Helt / ewig Vater / Friedefürst / auff das seine Herrschafft gros werde / vnd des friedes kein ende / auff dem Stul Dauid vnd seinem Königreich / das ers zurichte vnd stercke mit gericht vnd Gerechtigkeit von nu an bis in Ewigkeit. Solchs wird thun der eifer des HERRN Zebaot.

I. *Docet hic textus de luce Euangelij.*

II. *De effectibus Euangelij, vel de beneficijs, quæ Christiani accipiunt ex Euangelio, siue Christo ipso, autore Euangelij.*

III. *De Natiuitate Christi, cum dicitur: Puer natus est nobis &c.*

IIII. *De nominibus Messiæ.*

V. *De imperio siue regno Christi.*

Populus qui ambulat) id est, gentes.

Ambulat

Ambulat in tenebris,) id est, qui versatur in ignoratione veri DEI & verbi eius. Nam tenebræ per Metaphoram significant ignorantiam DEI, & verorum cultuum, quibus honore afficitur DEVS.

Vidit) id est, videt, Hebræa consuetudine.

Lucem magnam) id est, Euangelium de Christo.

Quare Euangelium vocatur lux?

Resp. Quia accendit in mentibus hominum veram agnitionem DEI per fidem in Christum, per Metalepsin, quia causa pro effectu ponitur. Lux est causa. Agnitio est effectus.

Tamen Christus ipse vocatur lux Ioannis 1. & 8.

Resp. Vtrumq; recte dicitur: Christus est lux, quia illuminat credentes per Euangelium. Et ipsum etiam Euangelium est lux, quia per illud illuminat nos Christus. Christus appellatur lux tanq; causa efficiens: Euangelium verò tanq; causa instrumentalis. Euangelium enim est instrumentum, quo Christus vtitur ad nos illuminandum.

Lux fulget) id est, Christus seu Euangelium prædicatur.

Habitantibus) id est, hominibus morti obnoxijs. (phrasin.

Vmbra mortis) id est, mors, per peri-

Multiplicasti gentem) Secundum membrum de effectibus Euangelij seu beneficijs Christi.

Multiplicasti) id est, auges.

Gentem) id est, cætum ex gentibus collectum, qui vocatur Ecclesia. Est igitur primus effectus Euangelij, collectio Ecclesiæ inter gentes.

Non magnificasti lætitiam) id est, multi non lętantur Euangelij voce, quales sunt Iudæi inprimis, & alij, qui Euangelium aspernantur & damnant.

Lætabuntur) II. Effectus Euangelij est lætitia. Nam hoc est proprium Euangelij, vt exhilaret corda sentientia molem peccati, & iræ DEI.

Sicut) Simile de messe, quo declaratur lætitia, quam affert vox Euangelij. Messis est valde læta hominibus.

I. Quia est spes agricolarum.

II. Est finis laborum anni.

III. Est solatium inopi.

IIII. Est spectaculum iucundum largitatis diuinæ. Ita Euangelium est spes peccatoris. II. Est finis angorum conscientiæ. III. Est solatium vnicum in malis.

IIII.

IIII. Est thesaurus bonorum DEI, quibus nos donat & cumulat.

Et sicut) II. Simile de spoliis, quæ parta victoria distribuuntur militibus. Ita per Euangelium distribuuntur nobis beneficia DEI per Christum nobis parta.

Confregisti) id est, superasti.

Iugum oneris) id est, mortem & miserias, quibus premitur homo. Ponitur autem iugum oneris, pro iugo onerioso, per Ebræam Enallagen.

Iugum hoc loco significat mortem per Metaphoram. Vt enim iugum premit animal: ita mors opprimit peccatorem & suffocat.

Virgæ humeri) id est, peccatum per Metaphoram. Vt enim virga castigans dolorem affert: sic peccatum ciet dolores.

Sceptrum exactoris) id est, lex per Metalepsin, quia lex accusat nos & damnat. Lex exigit à nobis integram obedientiam. Verum cum hanc non præstemus, accusat nos & condemnat.

Midian) id est, victoriæ Gedeonis de Midianitis. Iudicum 7.

Midiam) id est, Midianitarum per Synecdochen. Comparat victoriam CHRISTI de morte, peccato &c. victoriæ Gedeonis. Vt enim Gedeon

Midianitas, hostes vicit, non armis aut exercitus multitudine, sed voce tubarum & fulgore lucis: sic Christus regnū Diaboli & inferorum tuba Euangelij in mundo semper destruit. Psalm. 29.

Conflictus confligentium) id est, bellum, per Periphrasin.

Vestimentum volutatum) id est, effusio sanguinis, per Metonymiam, quia vestis volutata, seu conspersa sanguine est signum cædis vel effusionis sanguinis.

Comburetur, & erit cibus ignis) id est, cessabit per Synonymiam. Significat autem Propheta Christum esse deleturum mortem, & cæteros hostes nostros, non armis, sed morte sua, & voce Euangelij.

Nam puer) III. Pars de Natiuitate Christi. Christus est puer & filius. Puer quidem est, id est, homo natus ex Maria virgine. Filius verò est DEI, ab æterno genitus à patre, iuxta illud Iohan. 1. In principio erat ὁ λόγος, & verbum erat apud DEVM, & DEVS erat verbum. Et: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam velut vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate.

Nobis) id est, propter nos omnes & singulos,

singulos, vel propter salutem nostram. Estq; Emphasis in hoc pronomine, & applicatio Natiuitatis Christi ad singulos credentes.

Datus est) id est, factus est noster saluator & frater. Matth. 1. 1. Corint. 1.

Libertas) Immunitas à Diabolo, peccato, morte, & inferno. Ab his enim oneribus liberamur per Christum. Alij pro libertate interpretantur imperium, quod idem est κ) μετάληψιν. Nam imperium Christi est causa libertatis nostræ, & libertas nostra est effectus imperij Christi in Diabolum & mundum.

Super humerum eius) id est, propter meritum eius, per Metonymiam. Humerus enim Christi ponitur pro ipso merito Christi, quod videlicet per humerum suum, hoc est, per mortem & victoriam suam nos liberauit. Gestauit enim peccata nostra sicut agnus, nosq; velut humeris suis susceptos ex regno mortis in regnum vitæ transtulit.

Et vocabitur) Quarta pars complectens nomina Christi, quibus omnibus officium eius declaratur.

Admirabilis) Sic vocatur Christus propter tres causas.

I. Propter personam, in qua mirabiliter duæ naturæ, diuina & humana sic vnitæ sunt, vt vna sit persona.

II. Propter doctrinam. Quid enim tam admirabile est, quàm per stultam prædicationem saluos facere omnes credentes?

III. Propter gubernationem Ecclesiæ & Christianorum omnium. Vere enim mirabiliter regit suos sanctos in terra. Amat nos in cruce, cum odisse videtur maxime. Præsto est, cum nos deseruisse videtur. Sanat nos, cum videtur affligere. Denique viuificat, cum mortificare videtur.

Secundo vocatur Consiliarius propter duas causas. Primum, quia reuelat nobis decretum siue consilium patris, voluntatemque eius omnem nobis declarat per Euangelium. Ioh. 1. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris ipse enarrauit.

II. Quia iuuat nos consilio in omnibus necessitatibus & ærumnis. Quoties enim angimur, toties ad Christum confugimus, & consilium opemque eius imploramus.

DEVS *fortis*) Tertiò vocatur DEVS fortis propter duas causas. Primùm, quia vincit potentissimos nostros hostes, Diabolum, mortem, &c. Secun-

Secundò quia efficax est in nostra infirmitate.

IIII. Pater æternus, quia nos amat, regenerat per aquam & Spiritum, fouet & defendit, vt pater bonus.

Aeternus) id est, omnibus temporibus nos alit, iusticia & vita sempiterna donans.

Princeps pacis) V. Id est, author & dator tranquillitatis in corde siue conscientia, quæ tranquillitas consistit in fide Christi, & spe liberationis & salutis æternæ.

Vt multiplicet) Expolitio declarans postremum nomen, cur scilicet sit princeps pacis.

Multiplicet) id est, ampliet, & dilatet.

Imperium) id est, gubernationem suam spiritualem. Nam imperium Christi est spirituale.

Quod est officium Imperatoris vel gerentis imperium?

Regere, fouere, & defendere subditos. Sic Christus suos Christianos regit, pascit & tuetur per verbum, Spiritum sanctum, & Sacramenta.

Et pacem sine fine) id est, pacem æternam det Christianis. Est autem pax Christi

Christi non mundana, sed spiritualis, id est, interna consolatio & tranquillitas cordis acquiescentis in promissione seu verbo DEI.

Super solium Dauid) id est, in Ecclesia, per Periphrasin. Nam politicum solium & regnum Dauidis non est æternum. Ergo de politico regno Dauidis intelligi hæc verba non possunt. Est igitur solium & regnum Dauid, ipsa Ecclesia Christi, nati ex semine Dauidis secundum carnem. Hæc enim sola permanet ad omnem æternitatem.

Vt constituat & stabiliat) id est, vt colligat Ecclesiam, & conseruet.

In iudicio) id est, per concionem pœnitentiæ, per Metaphoram. Vt enim in iudicio accusatur reus: ita per concionem pœnitentiæ arguitur peccator, vt agnoscat iniquitatem suam, & ad mediatorem Christum confugiat.

In iustitia) id est, remissione peccatorum accipienda per fidem in Christum. Rom. 3. Vt daret cognitionem iustitiæ suæ per remissionem peccatorum.

Hoc faciet zelus) Epiphonema continens asseuerationem dictorum.

Faciet) id est, exequetur.

Zelus)

Zelus) id est, ardens amor.

Quid est zelus?

Zelus est amor seu cupiditas ardens propugnandi rem amatam.

Exercituum) id est, militiæ cœlestis. Est autem militia cœlestis ipse chorus angelorum, qui sunt ministri & præcones DEI.

ALIVS TEXTVS DE FESTO NATIVITATIS CHRISTI, VATICINIVM PAtriarchæ Iacobi, de Messia, ex cap. 49. Geneſis.

NOn auferetur Sceptrum de Iuda, & Legislator de pedibus eius, donec veniat SCHILO, & ad illum gentes congregabuntur. Ligabit ad vitem pullum suum, & ad generosum palmitem filium asinæ suæ. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Rubicundiores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

Es wird das Zepter von Juda nicht gewendet

gewendet werden / noch ein meister von seinen Füssen / biss das der Held komme. Vnd demselben werden die völcker anhangen. Er wird sein Füllen an den Weinstock binden / vnd seiner Eselin Son an den edelen Reben. Er wird sein kleidt im Wein waschen / vnd seinen Mantel in Weinberblut. Seine augen sind rötlicher denn Wein / vnd seine zehn weisser denn milch.

ARGVMENTVM.

Est hæc concio vel Prophetia Iacobi de Messia, quam velut Cygneam cantionem, paulo ante mortem, annis mille, septingentis, ante natum Christum, edidit.

Partes sunt sex.

I. *De tempore aduentus seu natiuitatis Messiæ.*
II. *De persona Messiæ.*
III. *De regno eius.*
IIII. *De vbertate donorum Spiritus sancti.*
V. *De cruce Ecclesiæ Christi.*
VI. *De efficacitate Euangelij.*

I. PARS.

Sceptrum) id est, regnum, per Metonymiam, quia signum ponitur pro signato.

Auferet

Auferetur) id est, cessabit.

De Iuda) id est, tribu Iuda, cui regnum promissum erat, & Rex qua omnes etiam reges in populo DEI, post Saulem, orti sunt, vsq; ad Maccabæorū tempora.

Legislator) id est, scriba vel senator, germanicè ein Meister oder Tangler.

De pedibus eius) id est, de Ecclesiæ Israëliticæ & regni reliquijs. Consiliarij enim qui gubernant & docent populum, habent infra pedes suos auditores. Luth. in Genesin cap. 49.

DE VSV PRIMAE PARTIS.

Quando debuit nasci Messias?

Stante adhuc Politia Mosaica. Valet enim consequentia:

Messias debuit nasci, nondum ablato sceptro.
Ergo Christus est natus, stante adhuc Politia Mosaica.

CONTRA.

Messias debuit nasci nondum ablato sceptro de Iuda.
Christus Mariæ filius, est natus, translato sceptro à Iuda, ad Romanum Imperatorem.
Ergo Christus Mariæ filius non est Messias siue Schilo.

Resp. ad maiorē, quæ intelligi debet σωτικοδοχικῶς: Etsi enim regnum & superiorē iurisdictio-

risdictionem tunc amiserant Iudæi: tamen partem bonam politiæ Mosaicæ retinebant. Habebant enim suos cultus, sacerdotes, scribas, seniores, & in politico etiam regimine senatores habebant, & iurisdictionem inferiorem. Sic igitur minor accipi debet de parte, non de toto. In minori est fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter.

II. PARS, DE PERSONA MESSIAE.

Schilo est saluator, vel vt Chaldæus interpretatus est, Messias, faustus, fortunatus, שילה, perrumpens scilicet & perfringens legem peccati, iura mortis, & claustra, portasq; inferni.

Schilo.) à Schalach, id est, saluus est, fortunatus est.

Vsus secundæ partis.

Dulcis, & plena consolatione est appellatio Schilo: quia est victor mortis & Satanæ: & proinde verus DEVS, & verus homo. DEVS quidem, quia vicit mortem & infernum: Homo vero, quia passus est in carne. Actorum 20.

DEVS

DEVS sanguine suo acquisiuit Ecclesiam: 1. Cor. 2. Si cognouissent, haudquaquam Dominium gloriæ crucifixissent.

III. PARS.

Et ad illum gentes congregabuntur) id est, auscultabunt, vel obedient ei, vel vt Lutherus vertit, pendebunt ab eo. Est breuis descriptio regni Christi, vel Ecclesiæ, quę est cœtus populi, passim ex gentibus & nationibus collectus, verbum Christi audiens, amplectens, & Sacramentis eius vtens. Hunc cœtum regit Christus verbo & Spiritu sancto, tum Sacramentis à se institutis confirmat, alit & obsignat.

IIII. PARS.

Ligabit ad vitem) Hæc pars illustribus Metaphoris describit copiam donorum Spiritus sancti, quæ per Schilo nobis tribuuntur.

Alligabit ad vitem pullum suum) id est, Messias replebit credentes Spiritu sancto, vt alij prorsus fiant: sicut exemplum Apostolorum ostendit, qui repleti Spiritu sancto, admiranda confidentia loquebantur, tanquam ebrij, vt ab hostibus Euangelij iudicabantur.

Vitis significat Spiritum sanctum

hoc loco, per Metaphoram, quia vt vitis succum suauem & salutarem præbet: sic Spiritus sanctus corda credentium suauiter recreat, solatur, & viuificat. Pullus vero est Christianus. Sic Christianus est alligatus ad Spiritum sanctum, vt ab eo succum & vigorem accipiat.

Et ad generosum palmitem) Synonyma est. Idem enim sensus est.

V. PARS.

Lauabit in vino stolam suam) id est, perferet crucem & mortem. Stola enim, item pallium, significat humanam naturam Christi, vel serui formam.

Lauare in vino, significat pati acerba, vel dolores acerbos. Sanguis vuæ significat deformitatem siue tristem imaginem crucis & mortis. Quod enim sanguine tingitur, id squalidum est, & horribile spectatu. Est igitur hæc imago vera crucis Christi, & Christianorum eius, qua tristius & squalidius nihil est in mundo.

Oculi eius vino rubicundiores) id est, species Christi & Christianorum eius, est plena dolorum & angorum. Nam rubedo oculorum est signum doloris, per Meto-

Metonymiam. Sic crux est perpetuus color, & quoddam adiacens Christianorū. Das Creutz ist der Christen Hoffefarbe.

VI. PARS, DE EFFICACITATE EVANGELIJ.

Dentes eius) id est, verba siue eloquia Messiæ, quod est ipsum Euangelium, per Metalepsin.

Candidiores) id est, suauiores lacte. Est descriptio dulcedinis Euangelij, quod suauiter recreat, & viuificat corda mœsta & anxia, propter metum iræ DEI, & pœnarum.

In voce lactis Metaphora est. Vt enim lac refrigerat corpus æstuans; sic Euangelij vox reficit conscientiam territam, et ex homine tetro propter peccatum, efficit hominem candidum, hoc est, iustum, sanctum, & DEO placentem, propter mediatorem Christum.

IN FESTO NATIVITATIS CHRISTI ALIVS TEXTVS, ESAIÆ VII.

ECce virgo prægnans pariet filium, & vocabit nomẽ eius Immanuel, bu-

tyrum & mel comedet, vt sciat reiicere malum, & eligere bonum.

ARGVMENTVM.

Est hic textus vaticinium de conceptione, natiuitate, nomine, & proprietate humanæ naturæ Christi. Sic partes sunt quatuor.

DE PRIMA.

Ecce) Hæc vox rei nouæ & admirandæ nota est, quæ singulari attentione cognosci debet. Est autem nulla res neq; in cœlo, neq; in terra, quæ maiorem admirationem habeat, quàm conceptio Messiæ in virgine pura. Est enim contra omnem naturæ ordinem, præterq; rerum seriem. Itaq; præponitur vox ecce, vt animaduersionem excitet in auditoribus.

Virgo) Hebraicè Alma, græcè παρθένος, virgo seu puella innupta, seu nondum in domum sponsi deducta, sicut Rebecca fuit, & vocatur Alma, id est, puella innupta. Et soror Mosi puella sex annorum appellatur Alma, Exodi 1.

Est igitur hæc vox confirmatio symboli nostræ fidei; in quo dicimus: Christum natum esse ex Maria virgine.

Prægnans) In græco textu est, in vtero concipiet; vt sit euidens testimonium

um veræ conceptionis Meſsiæ, ſecundum humanam naturam.

Pariet filium) II. Pars de Natiuitate Meſsiæ.

Proba Meſsiam eſſe verum hominem.

Natus ex homine, vere eſt homo.
Meſsias eſt natus ex homine, Maria.
Meſsias igitur vere eſt homo.

Proba ex eodem textu Meſsiam eſſe DEVM.

Homo non naſcitur ex pura virgine.
Meſsias eſt natus ex pura virgine.
Ergo Meſsias non eſt tantum homo, ſed etiam DEVS.

Vocabit) III. pars de nomine Chriſti.

Quod eſt nomen Chriſti?

Immanuel) id eſt, nobiſcum DEVS, vel DEVS & homo. Immanu, id eſt, nobiſcum, & EL DEVS, quod eſt, DEVS incarnatus, vel homo factus, θεάνθρωπος.

Quid docet hoc nomen?

Duo, eſſentiam, & officium Chriſti.

Quæ eſt eſſentia Chriſti?

Chriſtus eſt verus DEVS, & verus homo, in vna perſona. Vel, in Chriſto

sunt duæ naturæ, diuina siue æterna, & humana, in tempore assumta, personali vnione vnitæ.

Quod est officium Immanuelis Christi?

1. Adesse nobis fratribus suis secundum carnem. 2. Sentire infirmitates, & ærumnas humanas. 3. Fouere nos. 4. Iustificare. 5. Consolari. 6. Tueri. 7. Cœlestis vitæ atq; gloriæ participes facere. Nam ideo vocatur Immanuel, vt nobiscum sit in omnibus calamitatibus, & diuina sua ope atq; potentia nos liberet, defendat, & tandem in cœlum traducat, vt cum ipso simus & maneamus semper. Ioh. 17.

Obiectio, vel cauillatio potiùs Iudæorum.

De similibus idem est iudicium.
Samuel ex DEO nominatur, sed DEVS tamen non est.
Ergo neq; Immanuel est DEVS, quamuis ex DEO appelletur.

Respondeo ad minorem: Samuel & Immanuel non sunt similes aut pares. Nam de Samuele diserte affirmat scriptu-

scriptura, quod homo fuerit, communi lege & ordine naturæ natus. Sed de Immanuele asseuerat Esaias, quod homó sit natus, præter communem naturæ ordinem. Ex quo certum est, quod non sit tantum homo, vt Samuel, sed etiam DEVS.

Butyrum & mel) Quarta pars, de proprietate humanæ naturæ Christi.

Edere est proprietas humanæ naturæ.
Immanuel edit mel, &c.
Ergo Immanuel est verus homo.

Est argumentum à proprio vel signo, Edere butyrum vel mel, est proprium siue signum hominis.

Vt sciat reijcere) II. proprietas humanæ naturæ Christi, est scientia vel electio boni & mali.

Argumentum sic habet:

Qui discit discrimen boni & mali, est homo.
Immanuel discit discrimen boni & mali.
Immanuel ergo est homo.

Vt sciat reijcere malum) id est, in dies singulos magis sapientiam suam exerat, vel vt Euangelista Lucas interpretatur, proficiat sapientia, ætate, & gratia apud DEVM & homines. *Obiectio.*

Perfectus non proficit.

Christus vel Immanuel est perfectus.
Ergo Christus non profecit, nec didicit discrimen boni, & mali.

Respondeo ad minorem, quæ vera est de habitu, non de actu, id est, Christus quidem erat perfectus, quo ad habitum, non quo ad actum: quia in dies singulos suam intelligentiam magis declarabat, vel exerebat, cum miracula ederet.

Vel respondeo secundum interpretationem Luteri: Textus diserte ait, Christum profeciſſe ætate & sapientia, sicut alius homo solet. Itaq; ex infante factus est puer, ex puero adolescens, &c. & vna cum ætate etiam aucta est sapientia & gratia. Semetipsum enim vt Apostolus inquit exinaniuit formam serui accipiens Phil: 2.

DE FESTO MAGORVM TEXTVS EX LX CAP. ESAIÆ.

SVrge, illuminare, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te conspicietur. Et

Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Circumfer in omnes partes oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati venerunt ad te: Filij tui de longinquo venient, & filiæ tuæ in latere fouebuntur.

Tunc videbis & diffluues, obſtupeſces & dilatabit ſe cor tuum: quod conuerſa fuerit ad te multitudo maris, & fortitudo gentium venerit ad te. Copia Camelorum operiet te, & pulli Camelorum de Madian & Epha: Omnes de Seba venient, aurum & thus afferent, & laudes Domini annunciabunt.

MAche dich auff/ werde liechte/ denn dein Liecht kommet/ vnd die herrligkeit des HErrn gehet auff vber dir.

Denn ſiehe/ Finſternis bedecket das Erdreich/ vnd dunckel die Völcker. Aber vber dir gehet auff der HERR/ vnd ſeine herrligkeit erſcheinet vber dir.

Vnd die Heiden werden in deinem Liecht wandeln/ vnd die Könige

im glantze der vber dir auffgehet. Hebe deine augen auff / vnd sihe vmher / diese alle versamlet kommen zu dir / deine Söne werden von ferne kommen / vnd deine Töchter zur seiten erzogen werden. Denn wirstu deine lust sehen vnd ausbreiten / vnd dein Hertz wird sich wundern vnd ausbreiten / wenn sich die menge am Meer zu dir bekeret / vnd die macht der Heiden zu dir kommet.

Denn die menge der Camelen wird dich bedecken / die leifer aus Midian vnd Epha. Sie werden aus Saba alle kommen / Golt vnd Weyrauch bringen / vnd des HERrn lob verkündigen.

ARGVMENTVM.

Est concio de Christo, & spirituali eius regno, siue Ecclesia, in toto terrarum orbe.

PARTES.

I. *Est adhortatio ad Ecclesiam, vt Christum praesentem fide amplectatur.*

II. Col-

II. Collatio Ecclesiæ & mundi.

III. Conuersio gentium.

IIII. Propagatio Ecclesiæ in omnes partes.

V. Lætitia Ecclesiæ, orta ex successu Euangelij, cum Rhetorica distributione populorum occidentalium, & orientalium.

I. PARS.

Surge, illuminare) Est Apostrophe ad Ierusalem, id est, ad Ecclesiam, per Synecdochen.

Surge) id est, recipe animum, per Metaphoram. Non enim corporaliter, sed spiritualiter hæc verba intelligi debent. Est igitur sententia: O Ecclesia, vel ô Christiane, qui iaces oppressus mole peccati, & sensu iræ DEI, collige te, vel bono sis animo.

Illuminare) id est, cognosce DEVM. Est enim illuminatio nostra nihil aliud, quàm vera DEI notitia, & fides in Christum. Qui itaq; DEVM nouit, & in Christum credit: is vere illuminatus est. Nam lumen mentis, siue cordis est ipsa notitia, per Metaphoram.

Quia venit lumen tuum) Ratio à circum-

circumstantia temporis, quasi dicat: tam opportunum est tempus cognoscendi DEVM, & consequendi salutem.

Venit) id est, præsto est, vel adest.

Lumen) id est, Christus illuminans omnes in se credentes, Ioh. 1. per Metalepsin, quia effectus ponitur pro causa.

Tuum) Emphasis est in hoc pronomine, significans ad me, ad te, & singulos Christianos pertinere Christum.

Quomodo Christus illuminat nos?

Cum per verbum, seu Euangelium, & Spiritum sanctum accendit in nobis veram agnitionem DEI, timorem, fidem, inuocationem, &c.

Gloria Domini) id est, Euangelium annuncians & prædicans DEI misericordiam, bonitatem & clementiam.

Quare Euangelium vocatur gloria Domini?

Quia est celebratio virtutum DEI, præsertim misericordiæ ingentis erga nos peccatores. Hæc enim est definitio gloriæ.

Super te orta est) id est, annunciatur tibi, patefit tibi, vel innotescit.

Vsus

Vsus primæ partis.

Monet hæc pars concionis, vt Euangelium audiamus, & in Christum credamus, dum occasio est: Sic enim ipsemet Christus hortatur Iohan. *12.* Ambulate in luce, dum lucem habetis, ne tenebræ vos obruant.

II. PARS.

Secunda pars est collatio Ecclesiæ & mundi.

Tenebræ & caligo) Est Synonymia.

Tenebræ & caligo significant cæcitatem mentis, & ignorationem veri DEI: vnde horribilis confusio opinionum de DEO, & cultuum diuinorum existit. Vt enim tenebræ vel caligo impediunt visum: sic ignoratio DEI impedit verum cultum DEI.

Terram) id est, homines terrenos, per Synecdochen.

Populos) Vox populorum declarat præcedentem vocem, terra, per Synonymiam. Est hæc prior pars collationis, describens mundum.

Quid est mundus?

Est populus tenebrosus & caliginosus, id est, carens vera DEI agnitione, fi-

de, in-

de, inuocatione, &c. Talis populus est maxima pars generis humani, quæ vel ignorat DEVM, vel non rectè colit DEVM, secundum sanctum ipsius verbum.

Super te autem orietur Dominus) id est, in Ecclesia cognoscetur Christus, & coletur.

Et gloria eius in te conspicietur) id est, Euangelium Christi annunciabitur in Ecclesia. Hæc est altera pars collationis describens Ecclesiam.

Quæ est nota Ecclesiæ?

Christus & Euangelium. Vbicunq; enim sonat Christus, atq; inuocatur, ibi est Ecclesia vera.

Quæ est nota mundi?

Ignoratio veri DEI, & verbi ipsius.

Quæ est pœna mundi?

Mundus perit in tenebris, & tandem abijcitur in tenebras exteriores, id est, supplicium sempiternum.

Quod est præmium Ecclesiæ?

Gloria sempiterna, vel lux & salus æterna.

Et ambulabunt gentes) III. pars de gentium conuersione ad Christum.

Ambula-

Ambulabunt gentes) id est, gentes agnoscent & colent Christum. Nam ambulare in lumine Christi est, credere in Christum, & illum recte cognoscere & inuocare.

Et reges in splendore) id est, multi potentes conuertentur ad Christum, vel amplectentur Euangelium Christi. Nam splendor ortus Christi est ipsum Euangelium Christi, vel doctrina siue vox Euangelij, per Metaphoram. Vt enim splendor oriens lucem affert: Sic Euangelij vox veram noticiam Christi excitat in mentibus hominum.

Circumfer in omnes partes) IIII. pars de propagatione Euangelij, ad omnes mundi partes.

Circumfer oculos tuos) id est, circumspice.

Et vide) id est, re ipsa comperi. Nam verba sensuum & affectuum apud Hebræos, complectuntur etiam effectum ipsum. vt Psal. 1. Nouit Dominus viam iustorum, id est, probat, & adiuuat.

Omnes isti congregati) id est, multi ex omnibus populis aggregant sese, vel adiungunt sese Ecclesiæ. Per hypotyposin, id est, expressionem, vel ostensionem ad oculum, quæ in pronomine, isti, continetur.

Filij

Filij tui) id est, viri, phrasi Hebræa.

De longinquo venient) id est, Euangelio credent, etiamsi longo interuallo disiuncti sint. Nam venire non significat pedibus vel equis accurrere, sed Euangelium amplecti, ac profiteri Christum, quocunq; tandem in loco sis aut moreris.

Filiæ tuæ) id est, mulieres.

Fouebuntur) id est, erudientur doctrina Euangelij.

In latere) id est, in vicinis terris, vel in circumiacentibus regionibus.

Tunc videbis & diffluës) V. pars de lætitia ex successu Euangelij.

Videbis, & diffluës, obstupescës) Synonymia, quia coniunguntur quatuor verba, pene idem significantia, vel certe idem declarantia, videlicet ingentem læticiam Christianorum.

Videbis) id est, compos eris voti tui.

Et diffluës) id est, effuse lætaberis. Per Metaphoram ab aquis sumtam.

Obstupescës) id est, vehementer admiraberis.

Dilatabit se cor tuum) id est, gaudebis ex animo.

Multitudo maris) id est, populi marítimi. Mare vero intelligitur mediterraneum,

neum, ad quod sita est Asia minor, siue Græcia tota, & aliqua pars Europæ.

Fortitudo gentium) id est, magna copia, vel numerus gentium.

Copia Camelorum operiet te) Id est, multi homines ex regionibus trans Arabiam aggregabunt sese ad Ecclesiam, per Metonymian. Cameli enim sunt signum terræ orientalis.

Et pulli Camelorum) id est, pueri & puellæ orientales, per Metaphoram.

De Midian & Epha) id est, ex regionib. trans Arabiam.

Omnes de Seba) Seba est pars Arabiæ felicis.

Omnes) id est, aliqui ex omnibus oppidis & pagis conuertentur ad agnitionem Christi, per Synecdochen.

Afferent aurum) id est, conferent partem facultatum suarum ad ministerium Ecclesiæ Christi. Ponitur itaq; aurum pro bonis, vel facultatibus, per Synecdochen, vel Metonymian.

Thus) nascitur in Arabia felici. Ideo ponitur hoc loco pro signo cultus Christiani. Allegorice vero aurum significat puram confessionem Euangelij Christi. Thus verò fidem, inuocationem, & veros cultus Christianorum.

Et laudes Domini annunciabunt) Quod ante figurate, id nunc simpliciter & proprie explicat. Est enim annunciare laudes Domini, nihil aliud, quam confiteri Christum, credere in eum, inuocare & colere DEVM fiducia filij mediatoris.

IN DIE PVRIFICATIONIS MARIAE, CANTICVM SIMEONIS.

NVnc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Docet hic hymnus duo. Primum de morte Christianorum. II. De beneficijs Messiæ.

Dimittis) id est, mori finis.

Quid est mors Christianorum?

Est dimissio siue migratio ex hac mortali vita, tanquam ex tristi carcere, in vitam æternam, luce & lætitia plenam.

Seruum tuum) Seruus DEI est quilibet Christianus, conditus ad ministerium DEI.

CONTRA.

Ioan. 15. Non posthac dicam vos seruos, sed amicos meos.

OBIECTIO.

Contraria non possunt tribui vni subiecto seu persone.

Seruus & amicus sunt contraria.

Ergo Christianus non potest simul dici seruus & amicus.

Respondeo ad minorem per distinctionem, quam ipsemet Christus tradidit Ioan. 15. Duplex est seruus, alius nouit, quid faciat Dominus, alius vero non nouit. Christianus nouit voluntatem Domini ex verbo eius.

Secundum verbum tuum) id est, secundum promissionem, quod moriturus non sim, priusquam Messiam exhibitum viderim. Nicephorus scribit Simeonem legisse Prophetiam Esaiæ 7. Ecce virgo erit prægnans, & concipiet filium: de illaq; dubitasse, sed confirmatum esse oraculo Spiritus sancti, fore, vt illum ipsum messiam, natum ex virgine oculis suis videret, priusquam moreretur.

In pace) id est, in tranquillitate cordis acquiescentis in Messia promisso & exhibito.

Quia) Αἰτιολογία, id est, expositio causæ, cur Simeon, & quilibet Christianus placidè moriantur.

Viderunt oculi mei) id est, coram intuitus sum, per Pleonasmum.

Salutare tuum) id est, saluatorem. Abstractum pro concreto, per Hypallagen.

OBIECTIO.

Visio Christi neminem saluat.
Simeon vidit Christum.
Igitur Simeon non est saluatus.

Respondeo ad maiorem per distinctionem. Duplex est visio Christi. Alia coniuncta cum fide, alia absq; fide.

Quem parasti) id est, quem exhibes omnibus populis.

Ante faciem, vel in conspectu) Est hebræa phrasis, vel potius Pleonasmus hebraicus.

Lumen) Ordo constructionis est: Parasti vel exhibes Messiam, lumen, & gloriam per σώθεσιν, id est, appositionem. Vocatur autem Christus lumen ad reuelationem gentium, id est, illuminator gentium per Metalepsin, quia accendit

per

per Euangelij vocem, veram agnitionem DEI, fidem & inuocationem in cordibus gentium, quæ Euangelium audiunt & amplectuntur. Reuelatio est rei arcanæ seu ignotæ declaratio. Ita Christus reuelat nobis omnem voluntatem DEI patris, quæ nobis alioqui ignota est.

Gloriam plebis Israel) II. Christus vocatur gloria plebis Israel, propter duas causas. I. Quia ex Iudæis natus est. II. Quia Iudæis primùm concionatus est Christus, & Apostoli eius.

Plebis tuæ Israel) id est, populi Iudaici, vel Israelitici.

DE PASSIONE CHRISTI CAP. IOANNIS XVII.

ARGVMENTVM.

Est hoc caput precatio Christi valde ardens & seria ante agonem mortis, in qua primùm petit de seipso, secundò de discipulis suis, tertiò de Ecclesia tota.

De seipso quidem petit, cum ait: Pater, glorifica filium tuum, &c.: vt videlicet ex tristi passione & morte ereptus, in pristinam dignitatem, gloriam & maiestatem restituatur.

Pro discipulis vero orat, primum, vt conseruentur in tanto Satanæ & mundi furore, per

ſtianorum omnium: nam & nos orantes dicimus: Pater noſter. Sumus igitur vere hæredes DEI, cohæredes vero Ieſu Chriſti.

Venit hora) id eſt, inſtat tempus patiendi & moriendi. Succumbere enim me oportet nunc inimicis, mundo, Satanæ, & acerbiſsimam obire mortem.

Glorifica filium) id eſt, reſuſcita me ex morte, exalta, & fac vt victa morte, diabolo & inferno, glorioſe triumphem, & omnium linguis ac vocibus celebrer.

Vt & filius) id eſt, vt per meam gloriam tu quoq; celebreris. Nam pater non niſi per filium vult cognoſci & celebrari.

Sicut dediſti) Prædicat beneficia Patris, nempe datam ſibi poteſtatem & autoritatem in omnes homines, vt ſit dominus omnium.

Caro) ſignificat hominem, per Synecdochen, quia caro eſt pars hominis: ſed hoc loco pro toto homine vſurpatur.

Vt quotquot) Cauſa finalis, cur omnis poteſtas Chriſto ſit data: quo videlicet vitam æternam det ſuis. Quotquot igitur ſunt Chriſti, aut Chriſto ſeſe aggregant, hæredes ſunt vitæ æternæ.

Quid eſt vita æterna?

Vita

Vita æterna est noticia veri DEI, & filij eius Iesu Christi. Qui enim in hac præsenti vita DEVM recte incipit cognoscere, is iam tum in se habet initium & gustum vitæ æternæ. Et ipsa vita æterna nihil erit, nisi perpetuum & iucundum spectaculum DEI patris, filij & Spiritus sancti, cum lætitia sempiterna. Ex quo Bernardus dixit, Trinitatis perfectam cognitionem esse ipsam vitam æternam.

Ego te glorificaui) Quomodo glorificat Christus patrem? Per prædicationem Euangelij, ex qua omnis DEI voluntas & misericordia erga nos patefit.

Opus consummaui) Opus, ad quod Christus est missus, & quod consummauit in terris, est redemtio generis humani à morte & inferno, restitutioq; in pristinam possessionem vitæ æternæ, vnde reiecti eramus in paradiso post lapsum.

Quam habui priusquam) Testimonium expressum de æterna Christi omnipotentia.

Argumentum sic habet:

Solus DEVS fuit ante conditum mundum: vel quicquid fuit ante conditum mundum, est DEVS.

Christus fuit ante conditum mundum.

Ergo Christus est DEVS.

Manifestaui) Expolitio declarans quid sit patrem glorificare, nempe nomen DEI manifestare hominibus, seu prædicare verbum DEI, ex quo essentia & voluntas DEI cognoscitur.

Quos dedisti mihi de mundo) Est periphrasis Ecclesiæ Christi, quæ est cætus hominum selectus & excerptus de mundo, tanquam de colluuie generis humani, audiens & amplectens verbum DEI, & pie illi obediens.

Tui erant) Qui audiunt verbum, patefaciuntq; cor & aures ad amplectendum illud: sunt filij DEI patris, & discipuli Christi.

Sermonem tuum seruauerunt) id est, amplexi sunt Euangelium fide & bona conscientia, idq; confessi sunt & prædicarunt.

Quia verba quæ dedisti mihi) Euangelium à Christo prædicatum, est ipsa DEI mens, voluntas, & vox. Qui igitur Euangelio credit, & ministerium verbi colit, is DEVM ipsum colit.

Acceperunt & cognouerunt) Christus abundantia quadam amoris, & admirabili indulgentia tribuit Apostolis veram agnitionem DEI: cum tamen multis dubitationum fluctibus sæpe concussa sit

eorum

eorum fides, ac labefactata. Discamus igitur Christum non aspernari fidem nostram, quamuis languidam, sed boni consulere, prædicare, erratacq; & infirmitates tegere atq; sanare.

DE SECVNDA PARTE.

Ego pro eis rogo) Secunda pars scilicet petitio pro Apostolis prædicaturis Euangelium in mundo, vt seruentur in verbo & fide, nec cum impio mundo pereant.

Non pro mundo) id est, pro ijs, qui pertinaciter aduersantur Euangelio. Prouideat igitur vnusquisq;, ne ad mundum sese aggreget, aut ijs socium se præbeat, pro quibus Christus non petit. Quem enim excludit Christus in suis precibus, is salutis particeps non erit.

OBIECTIO.

Pro hostibus est rogandum.
Mundus est hostis Christi.
Ergo pro mundo debuit orare Christus.

Respondeo ad maiorem per distinctionem: Duplices enim sunt hostes. Alij sanabiles, alij verò pertinaces & insanabiles. Pro sanabilibus petere debemus, vt conuertantur ad DEVM. De pertinacib. verò, vt deleantur.

Et

Manifestaui) Expolitio declarans quid sit patrem glorificare, nempe nomen DEI manifestare hominibus, seu prædicare verbum DEI, ex quo essentia & voluntas DEI cognoscitur.

Quos dedisti mihi de mundo) Est periphrasis Ecclesiæ Christi, quæ est cætus hominum selectus & excerptus de mundo, tanquam de colluuie generis humani, audiens & amplectens verbum DEI, & pie illi obediens.

Tui erant) Qui audiunt verbum, patefaciuntq; cor & aures ad amplectendum illud: sunt filij DEI patris, & discipuli Christi.

Sermonem tuum seruauerunt) id est, amplexi sunt Euangelium fide & bona conscientia, idq; confessi sunt & prædicarunt.

Quia verba quæ dedisti mihi) Euangelium à Christo prædicatum, est ipsa DEI mens, voluntas, & vox. Qui igitur Euangelio credit, & ministerium verbi colit, is DEVM ipsum colit.

Acceperunt & cognouerunt) Christus abundantia quadam amoris, & admirabili indulgentia tribuit Apostolis veram agnitionem DEI: cum tamen multis dubitationum fluctibus sæpe concussa sit

um fides, ac labefactata. Discamus igi-
Christum non aspernari fidem no-
m, quamuis languidam, sed boni con-
re, prædicare, erratacq; & infirmitates
ere atq; sanare.

DE SECVNDA PARTE.

Ego pro eis rogo) Secunda pars scilicet
itio pro Apostolis prædicaturis Eu-
gelium in mundo, vt seruentur in ver-
& fide, nec cum impio mundo pere-
.

Non pro mundo) id est, pro iis, qui per-
aciter aduersantur Euangelio. Prouis
at igitur vnusquisq;, ne ad mundum
e aggreget, aut iis socium se præbeat,
o quibus Christus non petit. Quem
im excludit Christus in suis precibus,
salutis particeps non erit.

OBIECTIO.

Pro hostibus est rogandum.
Mundus est hostis Christi.
Ergo pro mundo debuit orare Christus.

Respondeo ad maiorem per distin-
ionem: Duplices enim sunt hostes. Alij
nabiles, alij verò pertinaces & insana-
iles. Pro sanabilibus petere debemus, vt
ontrertantur ad DEVM. De pertinacib.
verò, vt deleantur.

Et

Et glorificatus sum in eis) Quia credunt & confitentur me esse filium DEI, & saluatorem suum: iccirco honore afficior ab illis & glorificor. Nam fides & confessio nominis Christi, est vera ipsius laus & prædicatio.

Et non amplius sum in mundo) id est, iam discedo ex hoc mundo & ad exitum vitæ vocor.

Quid significat in mundo esse?

Significat vitam viuere naturalem, quæ sustentatur cibo, potu, motu, quiete, & rebus cæteris ad corporis cultum pertinentibus. Hoc modo Christus non amplius est in mundo: quia ex terra viuentium abreptus est, sed est ad dextram Patris, id est, vbiq; est, & regnat cum patre.

Et hi in mundo sunt) id est, viuunt inter homines impios & crudeles, vt præcones Euangelij, & testes mei in terra esse possint, & colligere Ecclesiam.

Pater sancte) Quia iam discedo ab illis: tu duc, rege, & tuere eos.

Per nomen) id est, per verbum, vt puritatem verbi retineant, nec seduci vllo errore doctrinæ se patiantur.

Vt sint vnum) id est, non solum in doctrina vera consentiant, sed ita etiam copulati

ati sint, vt vnum ex illis efficiatur
pus Ecclesiæ, quæ appellatur sancto-
n communio.

icut nos) Pater & filius tam mente &
untate, quàm essentia vnum sunt.

Nisi filius perditus) id est, Iudas, per Peri-
asin.

Cur Iudas fuit perditus?

uia neq; Christum, neq; verbum eius
o amauit, sed quæstus causa Christū
iutus est, idq; tanto religionis prætex-
vt nemo Apostolorum deprehende-
Huius igitur filij sunt, quotquot Eu-
elium quæstui habent, aut professio-
n eius cupiditatibus suis prætexunt.

Nunc ad te venio) Toties repetit suum
patrem reditum: vt cum non amplius
visibiliter cum Apostolis versaturus
n mundo: pater ipse custodiat & ser-
eos. Tum vt habeant Christi gaudi-
in se ipsis impletum, hoc est, vt ex
bo Christi, ex ore eius excepto, cápi-
verum & solidum solatium, atq; gau-
m in ærumnis & persecutionibus.

Mundus odit) Adiacens Christianorum
odium mundi. Quicunq; enim Chri-
nus est, odium mundi in se concitat.

Quid

Et laudes Domini annunciabant) Quod ante figurate, id nunc simpliciter & proprie explicat. Est enim annunciare laudes Domini, nihil aliud, quam confiteri Christum, credere in eum, inuocare & colere DEVM fiducia filij mediatoris.

IN DIE PVRIFICATIONIS MARIAE, CANTICVM SIMEONIS.

NVnc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Docet hic hymnus duo. Primum de morte Christianorum. II. De beneficijs Messiæ.

Dimittis) id est, mori finis.

Quid est mors Christianorum?

Est dimissio siue migratio ex hac mortali vita, tanquam ex tristi carcere, in vitam æternam, luce & lætitia plenam.

Seruum tuum) Seruus DEI est quili-
Christianus, conditus ad ministeri-
DEI.

CONTRA.

an. 15. Non posthac dicam vos seruos, sed amicos meos.

OBIECTIO.

Contraria non possunt tribui vni subiecto sen persone.

Seruus & amicus sunt contraria.

Ergo Christianus non potest simul dici ser uus & amicus.

Respondeo ad minorem per distin-
nem, quam ipsemet Christus tradidit
.15. Duplex est seruus, alius nouit,
l faciat Dominus, alius vero non
it. Christianus nouit voluntatem
nini ex verbo eius.

Secundum verbum tuum) id est, secun-
promissionem, quod moriturus
sim, priusquam Messiam exhibitum
rim. Nicephorus scribit Simeonem
se Prophetiam Esaiæ 7. Ecce virgo
prægnans, & concipiet filium: de il-
dubitasse, sed confirmatum esse ora-
Spiritus sancti, fore, vt illum ipsum
siam, natum ex virgine oculis suis
ret, priusquam moreretur.

In pace) id est, in tranquillitate cordis acquiescentis in Messia promisso & exhibito.

Quia) Αἰτιολογία, id est, expositio causæ, cur Simeon, & quilibet Christianus placidè moriantur.

Viderunt oculi mei) id est, coram intuitus sum, per Pleonasmum.

Salutare tuum) id est, saluatorem. Abstractum pro concreto, per Hypallagen.

OBIECTIO.

Visio Christi neminem saluat.
Simeon vidit Christum.
Igitur Simeon non est saluatus.

Respondeo ad maiorem per distinctionem. Duplex est visio Christi. Alia coniuncta cum fide, alia absq; fide.

Quem parasti) id est, quem exhibes omnibus populis.

Ante faciem, vel in conspectu) Est hebræa phrasis, vel potius Pleonasmus hebraicus.

Lumen) Ordo constructionis est: Parasti vel exhibes Messiam, lumen, & gloriam per σύνθετον, id est, appositionem. Vocatur autem Christus lumen ad reuelationem gentium, id est, illuminator gentium per Metalepsin, quia accendit

per

Euangelij vocem, veram agnitio-
DEI, fidem & inuocationem in
dibus gentium, quæ Euangelium au-
nt & amplectuntur. Reuelatio est
arcanæ seu ignotæ declaratio. Ita
ristus reuelat nobis omnem volun-
m DEI patris, quæ nobis alioqui i-
ta est.

Gloriam plebis Israel) II. Christus vo-
ir gloria plebis Israel, propter duas
sas. I. Quia ex Iudæis natus est. II.
ia Iudæis primùm concionatus est
ristus, & Apostoli eius.

lebis tuæ Israel) id est, populi Iudaici,
Israelitici.

E PASSIONE CHRISTI CAP. IOAN. NIS XVII.

ARGVMENTVM.

st hoc caput precatio Christi valde ardens
ria ante agonem mortis, in qua primùm
de seipso, secundò de discipulis suis, ter-
le Ecclesia tota.

De seipso quidem petit, cum ait: Pater, glo-
a filium tuum, &c.: vt videlicet ex tristi
ione & morte ereptus, in pristinam digni-
n, gloriam & maiestatem restituatur.
ro discipulis vero orat, primum, vt conser-
ur in tanto Satanæ & mundi furore, per

verbum, hoc est, puram & incorruptam Euangelij doctrinam: ne peruertantur ac pereant, cum inquit: Ego pro eis rogo &c. Pater sancte serua eos &c. Deinde addit applicationem suæ mortis & meriti ad Apostolos, atque adeo omnes credentes. Ego pro eis sanctifico meipsum, inquiens, id est, offero me ad mortem pro Christianis meis, vt & ipsi fiant iusti & sancti per me.

De tota Ecclesia precatur, cum inquit: Non autem pro eis rogo tantum &c. Et vt paulo ante ὀρθοδοξίαν, id est, puritatem doctrinæ petit, sic nunc petit ὁμόνοιαν, id est, concordiam sine consensum in doctrina vera. Sunt enim hæc duo pulcetrima Ecclesiæ ornamenta, ὀρθοδοξία & ὁμόνοια, puritas doctrinæ, & consensus animorum seu voluntatum. Effice, inquiens, ô Pater, vt omnes credentes vnum sint &c. Postremo orat, vt omnes Christiani participes fiant æternæ gloriæ & læticiæ in cœlesti consuetudine. Vbi ait: Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi sim ego, & illi sint mecum &c. Vult enim omnes credentes hæredes fieri æternæ vitæ, ac cohæredes suos.

DE VSV.

I. Est formula precationis vndique aptæ atque perfectæ, exprimens & gestus, & affectus, & res ipsas, quas assiduis votis expetere à DEO debemus.

II. Est illustris accommodatio omni-

bonorum Christi morte partorum,
omnes atq; singulos Christianos cre-
tes in eum.

. Exponit omnia officia Pontificis
iri Iesu Christi : Primum enim do-
, & adhuc docet per os ministrorum
rum, cum inquit: Verba, quæ dedisti
i, dedi eis, &c: Secundo sacrificauit
etipsum pro peccatis nostris, quia in-
t: Sacrifico meipsum pro eis. Tertio
uit pro nobis, & orat semper, sedens
dexteram patris, vsq; ad finem mun-

I. Distinguit mundum & Ecclesi-
. Mundus ardet odio Christi vel Eu-
gelij & Christianorum : Ecclesia verò
cœtus separatus à mundo, id est, ca-
n & integrum se seruans à mundi
ntagio.

E PRIMA PARTE,
QVA DE SEIPSO PRE-
catur Christus.

Sustulit oculos) Gestus precantis : O-
tes oculos ac mentem excitare, & ad
EVM conuertere debemus, quem al-
quimur: vt ex animo cum eo agere vi-
amur, non simulate.

Pater) Vnus est pater Christi & Chri-

ſtianorum omnium: nam & nos orantes dicimus: Pater noſter. Sumus igitur vere hæredes DEI, cohæredes vero Ieſu Chriſti.

Venit hora) id eſt, inſtat tempus patiendi & moriendi. Succumbere enim me oportet nunc inimicis, mundo, Satanæ, & acerbiſsimam obire mortem.

Glorifica filium) id eſt, reſuſcita me ex morte, exalta, & fac vt victa morte, diabolo & inferno, glorioſe triumphem, & omnium linguis ac vocibus celebrer.

Vt & filius) id eſt, vt per meam gloriam tu quoq; celebreris. Nam pater non niſi per filium vult cognoſci & celebrari.

Sicut dediſti) Prædicat beneficia Patris, nempe datam ſibi poteſtatem & autoritatem in omnes homines, vt ſit dominus omnium.

Caro) ſignificat hominem, per Synecdochen, quia caro eſt pars hominis: ſed hoc loco pro toto homine vſurpatur.

Vt quotquot) Cauſa finalis, cur omnis poteſtas Chriſto ſit data: quo videlicet vitam æternam det ſuis. Quotquot igitur ſunt Chriſti, aut Chriſto ſeſe aggregant, hæredes ſunt vitæ æternæ.

Quid eſt vita æterna?

Vita

Vita æterna est noticia veri DEI, & eius Iesu Christi. Qui enim in hac senti vita DEVM recte incipit cogno-e, is iam tum in se habet initium & lum vitæ æternæ. Et ipsa vita æterna il erit, nisi perpetuum & iucundum ctaculum DEI patris, filij & Spiritus cti, cum lætitia sempiterna. Ex quo nardus dixit, Trinitatis perfectam co-tionem esse ipsam vitam æternam.

Ego te glorificaui) Quomodo glorifi-Christus patrem? Per prædicatio-n Euangelij, ex qua omnis DEI vo-tas & misericordia erga nos patefit.

Opus consummaui) Opus, ad quod Chri-est missus, & quod consummauit in is, est redemtio generis humani à rte & inferno, restitutioq; in pristi-n possessionem vitæ æternæ, vnde cti eramus in paradiso post lapsum.

Quam habui priusquam) Testimonium ressum de æterna Christi omnipoten-

Argumentum sic habet:

Solus DEVS fuit ante conditum mundum: vel quicquid fuit ante conditum mundum, est DEVS.

Christus fuit ante conditum mundum.

Ergo Christus est DEVS.

Manifestaui) Expolitio declarans quid sit patrem glorificare, nempe nomen DEI manifestare hominibus, seu prædicare verbum DEI, ex quo essentia & voluntas DEI cognoscitur.

Quos dedisti mihi de mundo) Est periphrasis Ecclesiæ Christi, quæ est cætus hominum selectus & excerptus de mundo, tanquam de colluuie generis humani, audiens & amplectens verbum DEI, & pie illi obediens.

Tui erant) Qui audiunt verbum, patefaciuntq; cor & aures ad amplectendum illud: sunt filij DEI patris, & discipuli Christi.

Sermonem tuum seruauerunt) id est, amplexi sunt Euangelium fide & bona conscientia, idq; confessi sunt & prædicarunt.

Quia verba quæ dedisti mihi) Euangelium à Christo prædicatum, est ipsa DEI mens, voluntas, & vox. Qui igitur Euangelio credit, & ministerium verbi colit, is DEVM ipsum colit.

Acceperunt & cognouerunt) Christus abundantia quadam amoris, & admirabili indulgentia tribuit Apostolis veram agnitionem DEI: cum tamen multis dubitationum fluctibus sæpe concussa sit

corum

im fides, ac labefactata. Discamus igi-
Christum non aspernari fidem no-
n, quamuis languidam, sed boni con-
re, prædicare, erratasq; & infirmitates
re atq; sanare.

DE SECVNDA PARTE.

Ego pro eis rogo) Secunda pars scilicet
tio pro Apostolis prædicaturis Eu-
gelium in mundo, vt seruentur in ver-
& fide, nec cum impio mundo pere-

Non pro mundo) id est, pro iis, qui per-
aciter aduersantur Euangelio. Prouis
t igitur vnusquisq;, ne ad mundum
aggreget, aut iis socium se præbeat,
o quibus Christus non petit. Quem
im excludit Christus in suis precibus,
alutis particeps non erit.

OBIECTIO.

Pro hostibus est rogandum.
Mundus est hostis Christi.
Ergo pro mundo debuit orare Christus.

Respondeo ad maiorem per distin-
onem: Duplices enim sunt hostes. Alij
nabiles, alij verò pertinaces & insana-
les. Pro sanabilibus petere debemus, vt
onuertantur ad DEVM. De pertinacib.
erò, vt deleantur. Et

Et glorificatus sum in eis) Quia credunt & confitentur me esse filium DEI, & saluatorem suum: iccirco honore afficior ab illis & glorificor. Nam fides & confessio nominis Christi, est vera ipsius laus & prædicatio.

Et non amplius sum in mundo) id est, iam discedo ex hoc mundo & ad exitum vitæ vocor.

Quid significat in mundo esse?

Significat vitam viuere naturalem, quæ sustentatur cibo, potu, motu, quiete, & rebus cæteris ad corporis cultum pertinentibus. Hoc modo Christus non amplius est in mundo: quia ex terra viuentium abreptus est, sed est ad dextram Patris, id est, vbiq; est, & regnat cum patre.

Et hi in mundo sunt) id est, viuunt inter homines impios & crudeles, vt præcones Euangelij, & testes mei in terra esse possint, & colligere Ecclesiam.

Pater sancte) Quia iam discedo ab illis: tu duc, rege, & tuere eos.

Per nomen) id est, per verbum, vt puritatem verbi retineant, nec seduci vllo errore doctrinæ se patiantur.

Vt sint vnum) id est, non solum in doctrina vera consentiant, sed ita etiam copulati

ati sint, vt vnum ex illis efficiatur
pus Ecclesiæ, quæ appellatur sancto-
n communio.

Sicut nos) Pater & filius tam mente &
luntate, quàm essentia vnum sunt.

Nisi filius perditus) id est, Iudas, per Peri-
rasin.

Cur Iudas fuit perditus?

Quia neq; Christum, neq; verbum eius
rio amauit, sed quæstus causa Christū
quutus est, idq; tanto religionis prætex-
, vt nemo Apostolorum deprehende-
t. Huius igitur filij sunt, quotquot Eu-
ngelium quæstui habent, aut professio-
em eius cupiditatibus suis prætexunt.

Nunc ad te venio) Toties repetit suum
ad patrem reditum: vt cum non amplius visibiliter cum Apostolis versaturus sit in mundo: pater ipse custodiat & seruet eos. Tum vt habeant Christi gaudium in se ipsis impletum, hoc est, vt ex verbo Christi, ex ore eius excepto, capiant verum & solidum solatium, atq; gaudium in ærumnis & persecutionibus.

Mundus odit) Adiacens Christianorum est odium mundi. Quicunq; enim Christianus est, odium mundi in se concitat.

Quid

Quid verò est mundus, num homines profani, Epicurei, & palam impij?

Non Epicurei tantùm, sed etiam hypocritæ, qui videri volunt sanctissimi, probissimi & proximi plærunq;.

Qua de causa?

Causa alia non est, nisi quod Christianus non approbat nec sectatur mundi malos mores atq; errores, sed fugit eos, atq; vituperat ex verbo Christi.

Non rogo) Neq; Christus orat, neque nos orare decet, vt de mundo auferamur, sed vt in mundo seruemur à malo, tantisper dum DEVS nos manere vult, & cum peruerso impioq; mundo conflictari. Ratio est: I quia non licet Christiano, munus sibi à DEO assignatum desugere: alioqui videretur DEO obedire atq; seruire nolle. II. debet Christianus in hoc mundo peruerso tanquam luminare aliquod splendere. III. oportet semper esse, qui Satanæ, mundo & hostibus Christi sese opponant, pios erudiant, consolenturq;, impiorum verò furori resistant. Nisi enim tales essent, mundus triumphans omnia pro libitu ageret. Sic igitur assiduis votis precetur

Chri-

ristianus: Dum me vis in medio huperuersæ nationis esse, ô pater, serua me à malo: ne seducar à mundo, nec extar à Satana, propter filium tuū, μεσίτην meum apud te perpetuū.

Quia non sunt de mundo) Etiamsi in mundo versantur, tamen more mundi non viuunt: sed mentem & oculos identidem ad cœlestem vitam referunt.

Sanctifica eos in veritate) id est, effice, vt vere, non simulate te cognoscant, timeant & colant.

Sermo tuus veritas) id est, verbum DEI solum & vnicum docet de vera notitia DEI, fide & cultu.

Quid est verbum DEI?

Verbum DEI est veritas) id est, Euangelium vel doctrina de vera DEI notitia, fide & cultu.

Sicut tu) Institutio ministerij in Ecclesia. Nam Christus commendat suis Apostolis & ministris munus docendi Euangelium, in Ecclesia, suo loco, vt eodem modo illud gerant, quo gessit ipse. Debent igitur ministri Ecclesiæ exemplo Christi primum docere nil nisi verbum DEI. Secundò soli suæ vocationi seruire, non suis commodis. Tertio vim & efficaciam ministerij sui omnem à Christo petere & expectare.

Ego

Ego pro eis sanctifico) id est, præbeo me mactandum velut hostiam pro peccatis hominum.

Vt sint & ipsi sanctificati) id est, habeant remissionem peccatorum, & vere tibi obediant. Pendet itaq; omnes sanctitas Christiana à sanctificante Christo. Estq; hæc applicatio mortis, sacrificij & meriti Christi ad singulos Christianos: vt vnusquisq; sciat ad se pertinere mortem Christi, & Christi meritum esse suum meritum: ita vt quod nos mereri non possimus, id Christum sua morte abunde meritum esse & peperisse statuamus.

DE TERTIA PARTE.

Non autem pro eis tantum) Tertia pars precationis pro tota Ecclesia. Hactenus Christus de se & Apostolis precatus est, addiditq; tandem applicationem. Nunc transfert preces ad omnes Christianos siue credentes: quò nemo se excluſum esse queri possit.

Quid precatur Christus?

Vt omnes sint vnum in DEO patre & filio, id est, consentiant in vera doctrina de DEO, consentientibus animis & voluntatibus DEVM cognoscant & celebrent;

nt: tum inter se etiam concordes
nec distractiones propter priuatos
tus in Ecclesia efficiant.

credat mundus) Finis veræ consensio-
Christianorum est vera cognitio
sti, quod videlicet sit à patre missus
luandum genus humanum.

t ego gloriam) Gloria Christianis à
sto data, est lux siue notitia DEI, iu-
,& hæreditas vitæ æternæ.

Pater, quos dedisti) Postrema pars pre-
nis, vt Ecclesia siue credentes omnes
participes vitæ & lætitiæ æternæ in
sti consuetudine.

Vt vbi sum ego) Vbi est Christus? In
. Ergo nos quoq; eodem venire ne-
est. Nam vbi Christus est, ibi erit et-
Christianus. Christus est in cœlo.
Christianum quoq; oportet esse in
. Vide quanta sit Christi & Christia-
um coniunctio, quam indissolubile
us.

Quid agent in cœlo Christiani?

idebunt gloriam Christi, fruentur
conspectu & consuetudine iucundis-
participes erunt omnis lætitiæ cœ-
.

Vt dilectio, qua dilexisti me) Alius finis

verbi & precationis Christi: vt dilectio DEI, atq; adeo Christus ipse sit in nobis.

Quomodo dilectio DEI est in nobis?

Cum per fidem in Christum acquiescimus in amore DEI, & vicissim ipsum, & proximum diligimus.

Quomodo Christus est in nobis?

Cum per verbum suum nos docet, per Spiritum sanctum consolatur, fidem in nobis excitat, eamq; dato corpore & sanguine suo obsignat siue confirmat: vt ipsum & proximum diligamus.

CAPVT LIII. ESAIÆ DE PASSIONE, MORTE, RESVRRECTIONE & regno Christi.

ECce prudenter aget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & valde sublimis erit. Sed obstupuerunt super te multi, quod sic deformatus esset aspectus eius inter viros, & forma eius inter filios hominum. Sic autem asperget gentes multas, & reges claudent super ipsum

um os suum: Quoniam quibus non narratum, viderunt, & qui non linerunt, considerabunt.

Quis credet sermoni nostro, & bra- um Domini quis agnoscet? pullula- coram DEO sicut virgultum, & t radix de terra sitiente. Non est ies ei, neq; decor: cum aspiceremus , non erat species, quæ placeret. De- ctus erat, & abiectissimus omnium, dolorum, & expertus infirmitas . Sic abhorruimus eum, vt vultus ros auerteremus abeo: ideo nihili mus eum.

Verè languores nostros ipse tulit, dolores nostros ipse sustinuit. Sed reputauimus eum tanquam affli- n, & à DEO percussum & humi- um. Vulneratus est autem propter ata nostra, & afflictus propter ini- ates nostras. Pœnam ipse susti- , vt nobis pax & venia conceda- & vulneribus eius sanati nos su-

Omnes nos quasi oues errauimus, singuli in vijs suis, & Dominus coniecit in eum iniquitates omnium nostrorum. Cum affligeretur & humiliaretur, non aperuit os suum: sicut agnus qui ad mactationem ducitur, & sicut ouis, quæ obmutescit coram tondente ipsam, nec aperit os suum.

SJehe/ mein Knecht wird weislich thun / vnd wird erhöhet/ vnd sehr erhaben sein. Das sich viel vber dir ergern werden / weil seine gestalt heßlicher ist denn anderer Leuten / vnd sein ansehen denn der Menschen Kinder. Aber also wird er viel Heiden besprengen / das auch Könige werden jren Mund gegen jm zuhalten. Denn welchen nichts dauon verkündiget ist / die selben werden es mit lust sehen/vnd die nichts dauon gehöret haben / die werden es mercken.

ABer wer gleubet vnser Predigt/ vnd wem wird der Arm des HErrn offenbaret? Denn er scheusset aus vor jm wie ein Reis / vnd wie ein Wurtzel

aus

s dürrem Erdreich / er hat keine ge-
lt noch schöne/wir sahen jn/aber da
r keine gestalt/die vns gefallen het-
Er war der aller verachteste vnd vn
rdeste/geacht voller schmertzen vnd
anckheit. Er war so veracht/das
an das Angesicht für jm verbarg /
rumb haben wir jn nichts geachtet.

Fürwar er trug vnsere kranckheit/
d lud auff sich vnsere schmertzen.
ir aber hielten jn für den/der gepla-
t vnd von Gott geschlagen vnd ge-
artert were. Aber er ist vmb vnser
issetath willen verwundet/vnd vmb
ser Sünde willen zuschlagen. Die
affe ligt auff jm auff das wir friede
tten/ vnd durch seine Wunden sind
r geheilet.

Wir giengen alle in der jrre / wie
schaffe / ein jglicher sahe auff seinen
ege. Aber der HERR warff vn-
aller Sünde auff jn. Da er ge-
afft vnd gemartert ward/thet er sei-
n mund nicht auff / wie ein Lamb /
s zur Schlachtbanck geführet wird/

vnd wie ein Schaff / das erstummet für seinem scherer / vnd seinen mund nicht aufftthut.

Argumentum, & dispositio.

Est hoc caput euidens descriptio totius historiæ passionis, mortis, glorioſæ resuscitationis, atq; adeo regni Christi.

Partes seu membra descriptionis sunt:

I. Exponit modum passionis, hoc est, humilem, & abiectam speciem Christi patientis, cum acerbissimis doloribus & cruciatibus, quos in anima & corpore sustinuit, dum furorem iræ diuinæ omnem in se deriuauit, & totius generis humani peccata expiauit.

II. Causam explicat, cur tam acerbum dolorem & mortem Christus pertulerit, nempe propter nos homines, & propter salutem nostram.

III. Describit admirandam patientiam Christi, in perferenda morte crucis.

Ecce prudenter) Particula, ecce, attentionem excitat, & animaduersionem.

Seruus meus) id est, Christus missus ad perficiendum opus redemtionis humani generis. Est enim seruus officij nomen & humilitatis.

Quod

Quod est officium serui?

Facere voluntatem Domini sui. Sic ristus est Seruus DEI: quia fecit vo- tatem Patris.

Quæ est voluntas DEI Patris?

Vt omnis qui videt filium, & credit um, non pereat, sed habeat vitam æ- nam. Ioh. 6.

Deinde Christus vocatur Seruus Dei, pter humilitatem: quia subiecit se æ- no patri, serui forma assumta, Phil. 2. nc humilitatẽ filij DEI cum admira- de ingenti intuebimur in vita æterna.

Prudenter aget) id est, felici successu ficiet opus redemptionis hominum, ταλληπτικῶς, quia causa ponitur pro ctu.

Exaltabitur, eleuabitur, valde sublimis erit) est, glorioſè resurget ex morte, & in lum ascendens consedebit ad dextram rni patris, &c. per Synonymiam, siue crementum, quia tria verba eiusdem ne significationis conſunguntur.

Ita in principio huius capitis, velut ma proponitur totius historiæ, de miliatione, & exaltatione Christi.

Sed obstupuerunt) id est, multi offendũtur umili persona Christi. Obstupescere n.

significat fastidire, & recedere, per Metonymiam. Nam stupor est signum fastidij & contemtus. Iudæi aspicientes Christum obstupescebant, id est, negligebant eum, vel despiciebant, offensi eius persona & doctrina, minime plausibili & speciosa.

Quod sic deformatus) id est, propter speciem humilem, & abiectam.

Inter viros) id est, inter eos, qui in precio sunt, vel dignitate præditi.

Inter filios hominum) id est, inter homines, phrasi Hebræa.

Sic autem asperget) Locus de prædicatione Euangelij inter gentes, & efficacitate eius.

Asperget) id est, docebit per concionem Euangelij, & vsum Sacramentorum, per Metaphoram, ex Mose sumtam, de aspersione victimarum. Numer. 19. Hebr. 9. 1. Petri 1. Est enim Euangelium simile rori, quo recreantur plātæ in æstu: Ad eundem modum voce Euangelij, vsuq; Sacramentorum mentes mœstæ reficiuntur.

Et reges) id est, multi potentes.

Claudent super ipsum os) id est, præ admiratione non satis poterunt enunciare beneficia, per Christum nobis parta, per Metonymiam.

Quibus

Quibus non est narratum) id est, qui nul⁹ noticiam Euangelij habuerunt.

Viderunt) id est, re ipsa cognouerunt.

Et qui non audiuerunt) scilicet ante pub⁹ am prædicationem, per Apostolos fa⁹ m.

Considerabunt) id est, intelligent, & fide plectentur.

Quis credet) Querela de incredulitate, & tinacia Iudæorum.

Quis) id est, quotusquisq; Iudæorum.

Sermoni) id est, Euangelio, per Aposto⁹ ,& ministros Christi prædicato.

Brachium Domini) id est, Christum, per em DEVS nos lapsos & prostratos, asi manu porrecta erigit, sustentat, & endit.

Pullulabit) id est, resurget ex morte, & rum florebit potentia, & gloria.

Sicut radix) id est, Christus ex passio⁹ ,morte & sepulcro rediuiuus prodibit, ut radix vel planta ex solo arido.

Terra sitiens significat sepulcrum hristi. Vel sic exponi potest. Pullula⁹ t coram DEO, id est, Christus adole⁹ et, & prodibit de stirpe pene extincta, licet Dauidis.

Non est species ei) Descriptio Christi

patientis siue humiliati, per expolitionem Rhetoricam, in qua ordine tanq; gradus seu partes sunt: I. species nulla, id est, aspectus deformis.

Vnde extitit tanta deformitas, tantusq; squalor in Christo?

Ex peccato nostro, quod sustinuit Christus. Est enim peccatum res tetra, fœda & horrenda, mire deformans hominem.

Decor) id est, pulchritudo, forma.

Quæ placeret) scilicet hominibus.

Despectus erat) II. Gradus: Contemtus & abiectio infra omnes homines.

Quare Christus patiens fuit abiectissimus omnium hominum?

Quia factus est maledictum siue piaculum, cui DEVS vehementer succensuit, quodq; omnes homines oderunt, tanquam pestem generis humani. Deuter. *21*. Galat. *3*.

Vir dolorum) III. Gradus: Moles doloris & infirmitatis.

Vir dolorum) id est, dolens seu patiens dolores, phrasi Hebræa.

Expertus

Expertus infirmitatum) id est, Christus
nsit, & tolerauit omnes infirmitates,
uæcunq; homini possunt accidere, ad
ebræos 4. Habemus Pontificem, qui
t affici sensu infirmitatum nostrarum,
ntatum in omnibus. Ideo facilius fi-
m adhibet, & rectius opitulari potest,
m infirmitate aliqua valetudinis tene-
ur. vel mœrorem in animo circumfe-
nus.

Sic abhorruimus eum) IIII. Gradus: A-
rsio vultus; id est, reprobatio fastidi-
a. Auersio vultus est signum fastidij,
t autem horrendum valde sic creatu-
s creatorem suum tractare, vt auerso
ultu reprobent eum & fastidiant.

Vere languores) Asseueratio de in-
ocentia Christi, & nostra culpa in illum
ranslata.

Ipse) Emphasin habet, quasi dicat,
hristus solus & non alius, & quidem in
a anima & corpore.

Tulit) id est, suscepit, vel deriuauit in
se.

Languores nostros) id est, infirmitates,
fectus, videlicet peccatum, quod est de-
ctus.

Sustinuit) id est, passus est, vel luit.

Dolores

Dolores nostros) id est, pœnam propter peccatum. Nam omnis dolor est pœna peccati.

Sed nos) Peruersum mundi iudicium, de passione Christi.

Tanquam afflictum) id est, quasi proprij, non alieni peccati pœnam luat. Synonymia est in verbis, afflictus, à DEO percussus, & humiliatus. Idem enim significant, quod puniri, vel sentire iram DEI in se effusam. Ad eundem modum de Christianis profanus iudicat mundus, quasi præ cæteris hominibus grauiter peccarint, & DEO inuisi sint, propterea, quod maiore calamitatum mole plerunque onerentur.

Vulneratus est autem) Causa vulnerum, atq; adeo mortis Christi, scilicet peccatum nostrum.

Propter peccata) id est, externa delicta, tam commissionis, quàm omissionis, Hebraice Pesah.

Iniquitates) id est, peccatum originis, Hebraice Aon. Nulla igitur pars, nullaq; species peccati est, quam non expiarit Christus.

Pœnam ipse sustinet) Expolitio declarans fructum & causam passionis Christi. Causa sunt nostra peccata. Fructus

est

reconciliatio cum DEO, remissio peccatorum, & salus æterna.

Concedatur) id est, detur, vel contingat.

Pax) id est, reconciliatio cum DEO.

Venia) id est, remissio peccatorum.

Vulneribus) id est, morte Christi.

Sanati) id est, saluati sumus.

Sententia:

Vulnera CHRISTI sunt Christianorum emplastra.

Omnes nos quasi) Amplificatio per Anthesin, id est, contentionem hominis erratis, & Christi portantis.

Quid de nobis hominibus prædicat Propheta?

Quod erremus sicut oues. Est autem errare, declinare à via recta & mandata, hoc est, discedere à verbo DEI, quod solum est lucerna pedum nostrorum, vt Psalmus ait. Per Metaphoram, ab itineribus.

Quid meremur hac aberratione?

Iram DEI, & pœnas: tum incidimus in laqueos Diaboli, & fauces inferni. 2. Timoth. 2.

In vijs) id est, institutis, seu vitæ generibus.

Quis est vsus huius partis?

Monet nos hæc proprietas, vel impotentia nostra de ingenti infirmitate nostra: quod natura procliues simus ad labendum & errandum. Ideoq; votis & suspirijs crebris orandum nobis est, vt ipse DEVS nos regat & ducat: Sicut Dauid precatur Psal. 17. Sustenta gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.

Et Dominus coniecit) Altera pars contentionis.

Quid de Christo prædicat Propheta?

Quod Dominus coniecerit in eum, vel secundum Hebraicum verbum, fecit concurrere in eo iniquitates &c.

Quorsum hoc?

Huc videlicet, vt sciamus à nobis in Christum reiectas & translatas esse omnes iniquitates. Fieri itaq; minime potest, vt peccatum nos damnet, quantumuis atrox sit, si in Christum credimus.

Cum afflige retur) IIII. pars capitis, de admirabili patientia Christi, tolerantis mortem

aortem sine fremitu & indignatione.

Non aperuit os) id est, tacuit, per Me-
onymiam, patienter tulit, non vicissim
onuiciatus est, conuicijs affectus, nec
ninatus est, malis affectus, *1. Petri 2.*

Sicut agnus) Simile ab agno & oue,
uorum patientia insignis est, præ alijs
nimantibus.

TEXTVS DE RE-
VRRECTIONE, REGNO,
T GLORIA CHRISTI, PASSI
& mortui, ex LIII. cap.
Esaiæ.

EX afflictione & pœna liberatus est,
& quis enarrabit posteritatem eius?
um abscissus est de terra viuentium,
ropter scelus populi mei pecussi eum, &
pultus est sicut impij, & mortuus sic-
t diuites. Ipse non iniustè egit, nec
lus fuit in ore eius, sed DEO placuit
nterere eum afflictione.

Quia dedit animam suam, vt esset
ostia pro peccato: videbit longam pos
eritatem, & consilium DEI feliciter
rficietur manu eius. Quia laborauit

anima

anima eius, fruetur voluptate. ET SERVVS MEVS IVSTVS, IVSTIFICABIT NOTICIA SVI MVLTOS: QVIA PECCATA EORVM IPSE SVSTINVIT. Ideo distribuam ei magnam hæreditatem, & fortes spoliabit. Quia effudit animam suam in mortem, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum sustinuit, & pro transgressoribus rogauit.

Ex afflictione & pœna) IIII. pars capitis, de Cataſtrophe læta paſsionis & mortis Chriſti. Qui enim ante erat Meſsias deformatus, patiens, & mortis doloribus ſuccumbens, is nunc eſt Meſsias ex morte reſurgens, & regnans.

Ex afflictione) id eſt, angore, vel ſecundum Hebræum verbum, ex prævalida cohibitione.

Et pœna) id eſt, morte.

Quis enarrabit posteritatem) id eſt, vitam aget ſempiternam. Nam poſteritas, hoc loco, ſignificat ætatem ſeu vitam.

Abscissus est de terra viuentium) id eſt, mortuus eſt, per Periphraſin.

Percussi eum) id eſt, puniui, vel mori paſſus ſum.

Scelus)

celus.) id est, peccatum.

icut impij) id est, tanquam seditiosus seductor. Talis enim iudicabatur esse ristus à Iudæis: ob id etiam inter du-atrones suspensus est. Lucæ 23.

icut diuites) id est, tanquam iniustus, Metalepsin, scilicet propter abusum tiarum. Vnde & iniustum mammo-ocat Christus in Euangelio.

se non iniuste egit) Occupatio de in-ntia Christi.

OBIECTIO.

ui punitur, peccauit.
Christus est punitus vel percussus.
Christus igitur peccauit.

Propheta respondet ad minorem: istus est percussus vel punitus non pter suum peccatum, sed quod D. E. oluerit ipsius sanguine & morte no-peccata exolui.

uia dedit animam suam) Repetitio fi-& effectus passionis Christi. Finis vt expiaretur peccatum nostrum. tus vero sunt, I. longa posteritas. Prosper successus consilij D. E. III. iptas. IIII. Iustificatio multorum. Magna hæreditas.

Animam) id est, vitam, per Synecdochen.

Animam dedit) id est, vitam profudit.

Hostia) id est, victima placans iram DEI, & exoluens omnia peccata nostra.

Longam posteritatem) Posteritas Christi est Ecclesia, durans ad omnem posteritatem, vsq; ad finem mundi, & in cœlesti vita cum Domino suo Christo æuum agens. Est igitur primus effectus mortis Christi, conseruatio Ecclesiæ in hac, & in altera vita.

Consilium DEI) id est, opus redemtionis & saluationis generis humani.

Feliciter perficietur) id est, prosperum successum habebit per Christum. Hic est secundus effectus mortis Christi, nempe redemtio & salus nostra, per Christum nobis parta.

Quod verò est consilium DEI?

Vt quicunq; credit in Christum passum, mortuum & resuscitatum, habeat vitam æternam. Hoc est consilium, hæc est voluntas DEI.

Manu eius) id est, merito & efficacia, per Spiritum sanctum, & ministerium verbi. Hæc enim est manus Christi, per quam exhibet nobis remissionem peccatorum, salutem & vitam.

Ani-

Anima eius laborauit) id est, Christus
ius est.

ruetur voluptate) id est, exaltabitur, et
ciam, voluptatemq; capiet ex Chri-
orum felicitate, vel succeſſu Eccleſię.
est tertius effectus.

t ſeruus meus iuſtus) IIII. Effectus, ſci-
: iuſtificatio omnium credentium in
iſtum.

eruus meus) id est, Christus miſſus ad
iſterium saluandi genus humanum.
n. 15. vocatur Christus miniſter cir-
cisionis, id est, doctor Iudæorum.

uſtus iuſtificabit) id est, ſuam iuſticiam
ertiet, vel imputabit. Iuſtus & iu-
rans ſunt coniugata. Est igitur Chri-
cauſa, fons & autor iuſticiæ noſtræ:
uidem noſtra iuſticia nihil aliud est,
m Christi ipſius iuſticia.

Noticia ſui) Hæc verba modum iuſtifi-
onis noſtræ exponunt.

Quomodo iuſtificamur coram
DEO?

Per noticiam Chriſti.

Quid ſignificat noticia Chriſti?

Noticia, more Hebraico, complectitur

etiam assensum in voluntate,& fiduciam in corde.

Multos) id est, omnes credentes : sicut Actorum *10*. interpretatur Petrus : Huic testimonium perhibent omnes Prophetæ, quod per nomen eius remissionem peccatorum accipiant, omnes qui credunt in eum. Nam vox Hebræa, Rabbim, multi, sæpe vniuersaliter significat, vt Rom. *5*. Per vnum hominem peccatores constituti sunt multi, id est, omnes.

Ideo distribuam) V. Effectus', videlicet hæreditas magna & spolia ampla.

Distribuam) id est, dabo.

Magnam hæreditatem) id est, Ecclesiam. Nam hæredes Christi sunt Christiani in Ecclesia.

Spoliabit) id est, vincet, exuet.

Fortes) Diabolum, mortem, infernum &c.

Effudit animam in mortem) id est mortuus est, per Periphrasin.

Et cum sceleratis) id est, damnatus est vnà cum latronibus, inter quos etiam suspensus fuit.

Sustinuit) id est, exoluit.

Multorum) id est, omnium, more Hebraico.

Pro

Et pro transgressoribus rogauit) id est, ctus est officio summi sacerdotis, qui t pro alijs, id quod fecit Christus, n in precatione sua ante mortem lo. *17.* tum in ipsa etiam cruce, cum in- t: Pater dimitte illis, quia nesciunt id faciant.

N FESTO PASCHA-TIS TEXTVS I. CO-RINTH. V. CAP.

Xpurgate vetus fermentum, vt sis tis noua massa, sicut estis fermenti pertes. Nam Pascha nostrum pro no- immolatus est Christus.

Itaq; festum agitemus non fermen- veteri, nec fermento malitiæ & ne- itiæ: sed non fermentatis panibus ceritatis & veritatis.

ARGVMENTVM.

Est hic textus exhortatio ad Christianos, vt ccare desistant, & nouam vitam, Deoq; pla- ntem agere incipiant. Sunt autem verba ple- q; Metaphorica, alludentia ad veterem ritum daici Paschatis.

Propositio est: Expurgate vetus fermentum, l est, resistite peccatis & illecebris eorum.

Ratio prima est ab vtili, scilicet, vt sitis noua massa, id est, noui homines, regenerati & sanctificati per verbum & Spiritum sanctum.

Secunda ratio est à proprietate hominis Christiani, quia estis fermenti expertes, id est, liberati à peccato, & iusti.

Tertia à causa efficiente, siue autore iusticiæ nostræ, qui est Christus, pro nobis sacrificatus.

Expurgate) per Metaphoram. Vt enim sordes expurgantur: sic Christianus debet expurgare peccatum.

Vetus fermentum) id est, peccatum, quod inde vsq; à veteri Adamo in nos propagatum est. Estq; Metaphora. Nam peccatum est simile fermento, quod massam farinaceam penetrat & inflat. Ad eundem modum peccatum totum hominem inficit, inquinat, & ad faciendum contra legem Dei incitat.

Vt sitis noua massa) id est, noui homines regenerati & renouati per Spiritum sanctum.

OBIECTIO.

Sanctus non eget expurgatione.
Christianus est sanctus.
Igitur Christianus non eget expurgatione.
Quod cum ita sit, frustra hortatur Paulus Christianos ad expurgandum fermentum.

Respondeo ad minorem. Christianus est

ſanctus per Synecdochen, quia non omni parte ſeu perfectè ſanctus eſt, ſi qui integram ſanctitatem ſeu noui em habeat: ſed ſanctus eſt tantum imtatione iuſticiæ Chriſti, & incoatione uæ obedientiæ : manente interim inmitate magna & næuis multis.

Fermenti expertes) id eſt, ſine peccato.

OBIECTIO.

Qui caret fermento, caret peccato.
Chriſtianus caret fermento.
Ergo Chriſtianus caret peccato.

Concedo totum argumentum de pecato mortali, non verò de peccato veniali. Chriſtianus non habet peccatum dans, ſeu regnans. Geneſis 4.

Paſcha) Significat tria. Primo idem eſt od tranſitus. Vt cum Moſes ait: Pa- ia Domini, id eſt, tranſitus Domini e- Conſentaneum eſt, inde natas eſſe vo- germanicas, Ein Pas, Paſſierē, Paswart. tundò ſignificat diē feſtū, den Oſtertag. rtiò denotat agnum Paſchalem. Vt: ere Paſcha, idem eſt quod veſci agno, i in feſto Paſchatis mactabatur. Ita c etiam loco Pauli, Paſcha noſtrum gnificat agnum, qui pro nobis ſacrifitus eſt.

Quod eſt Chriſtianorum Paſcha?

Christus, qui perinde mactatus & sacrificatus est DEO patri pro peccatis nostris, & agnus olim mactabatur à Iudæis in Paschate.

Itaq; festum) Conclusio repetens & declarans adhortationem ad nouam obedientiam.

Festum agitemus) id est, celebremus diem festum Paschatis. Græcum verbum ἑορτάζωμεν habet significationem sacrificandi. Debemus igitur in die festo sacrificare, hoc est, cultus DEO placentes præstare, qui sunt, audire, legere, meditari verbum DEI, preces DEO adhibere, &c.

Non fermento veteri) id est, non indulgentes cupiditatibus iræ, odij, vindictæ, auaritiæ, superbiæ, libidinis, &c.

Nec fermento malitiæ κακίας) id est, in delictis in genere pugnantibus cum lege DEI.

Et nequitiæ πονηρίας) id est, in delictis consulto fürsetzlich & inconsulto admissis.

Sed non fermentatis) id est, in noua obedientia seu vita.

Sinceritatis) id est, puritatis.

Et veritatis) id est, veræ agnitionis DEI, confessionis, inuocationis & dilectionis erga DEVM, & proximum.

IN

N FESTO ASCEN-ONIS CHRISTI, TEX-

TVS PAVLI DE ASCENSIO-ne Christi in cœlum, 4. Epheſ.

Vm aſcendiſſet in altum captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona minibus. Caterum quod aſcendit, id eſt, niſi quod etiam deſcenderat ius in inferiores partes terræ? qui ſcendit, idem ille eſt, qui etiam aſcen-it ſupra omnes cœlos, vt impleret om-ia. Et idem dedit, alios quidem Apo-olos, alios vero Prophetas, alios autem uangeliſtas, alios autem Paſtores ac octores, ad inſtaurationem ſanctō-um, in opus adminiſtrationis, in ædifi-ationem corporis Chriſti.

CHRiſt auffgefahren in die Höhe/vnd hat das Gefengnis gefangen gefü-ret / vnd hat den Menſchen Gaben gegeben. Das er aber auffgefahren iſt/ was iſts / denn das er zuuor iſt hie-nunter gefahren in die vnderſte örter der Erden? Der hienunter gefahren

ist/das ist derselbige/ der auffgefahren ist vber alle Himel / auff das er alles erfülle. Vnd er hat etliche zu Apostel gesetzt / etliche aber zu Propheten/etliche zu Euangelisten / etliche zu Hirten vnd Lerer/das die Heiligen zugerichtet werden zum Werck des Ampts / dadurch der Leib Christi erbawet werde.

ARGVMENTVM.

Docet hic textus de Ascensione Christi ad cœlum,& ordine explicat has partes:

I. Quis ascenderit.

II. Quomodo.

III. Cur.

Prima pars tractat de persona Christi ascendentis in cœlum.

Secunda exponit modum ascensionis.

Tertia effectus siue vtilitates ascensionis Christi enarrat.

Cum ascendisset in altum) id est, in cœlum, videlicet quadragesimo die post resurrectionem à morte. Facta est autem ascensio ista visibiliter, inspectantibus Apostolis & magno agmine hominum: Cum Christus in nube, visibili specie in cœlum subuectus est, & consedit ad dexteram DEI patris.

Captiuam duxit) id est, in ditionem & potestatem suam redegit, vel subiecit sibi.

Capti-

Captiuitatem) hoc est, hostes, qui nos rant, & detinebant. Captiuitas pro e capiente per Hypallagen.

Qui nam sunt illi hostes?

Peccatum, lex, mors, Diabolus, in- us. Horum enim captiui eramus.

Tamen adhuc reliquum est pecca- tum, mors, &c?

Sunt quidem reliqui hostes illi, sed possunt nocere credentibus in Chri- n.

Dona dedit) Scilicet S. sanctum, quem Pentecoste effudit in credentes: Per ic Spiritum colligit sibi Ecclesiam in mundo, eamq; viuificat, tuetur, & at cumulatè beneficijs corporalibus spiritualibus, dat pastores animarum, Paulo post dicitur.

Pertinentne ista dona ad omnes homines?

Pertinent ad omnes homines, qui ea amplectuntur.

Cæterum quod) Est Periphrasis, id est, cumlocutio personę Christi ascenden- in cœlum. Christus ascendit in cœ- n, & descendit de cœlo, id est, Christus

est

est verus DEVS, & homo verus. Descendit de cœlo, vt homo fieret: ascendit in cœlum, vt ad dexteram DEI sederet, & omnia gubernaret.

Inferiores partes terræ) Sunt vterus virginis Mariæ. Psal. *139.* Formatus sum in inferioribus terræ, id est, in vtero matris.

Vt impleret omnia) Vt Ecclesiam, & omnia eius membra regat, & omnia sit in omnibus.

Et idem dedit) Congeries donorum, quæ filius DEI sedens ad dexteram DEI patris distribuit Ecclesiæ suæ.

I. Donum est Apostolus.

Quid est Apostolus?

Apostolus est persona immediatè vocata à Christo ad prædicandum Euangelium per omnes gentes, habetq; testimonium, quod non erret, quia impulsu Spiritus sancti officium facit.

II. Donum est Propheta.

Quid est Propheta?

Propheta noui Testamenti est interpres scripturæ sanctæ, qui hoc dono præditus est, vt scripturam explicare possit.

III. Est Euangelista, hoc est, persona missa

ſa ad diuerſas Eccleſias, vt illic Euan-
um doceat.

I. Eſt Paſtor, id eſt, perſona legiti-
vocata ad docendam & regendam
leſiam, in certo loco.

Eſt Doctor, id eſt, perſona legitime
inata ad docendum DEI verbum in
leſia.

Hæc fuerunt nomina Doctorum in
ma Eccleſia, nunc reliqua ſunt nomi-
Epiſcopi ſiue Superintendentis, Pa-
is, Diaconi.

Ad inſtaurationem) id eſt, reſtitutionem.
Sanctorum) id eſt, Chriſtianorum. Eſt
Metaphora in verbo inſtaurationis,
ta à membro luxato. Vt enim
mbrum luxatum in ſuum locum na-
um reducitur: Ita Chriſtiani, qui verè
t membra Chriſti, reducuntur ad
riſtum, tanquam ad caput, per mini-
ium in Eccleſia.

In opus adminiſtrationis) id eſt, vt Eccle-
adminiſtretur vel vt conſeruetur mi-
erium Euangelij.

In ædificationem) id eſt, vt ædificetur, ſi-
colligatur Eccleſia.

Corporis Chriſti) id eſt, Eccleſiæ.

ALIVS

ALIVS TEXTVS DE ASCENSIONE CHRISTI IN COELVM EX Psalmo 67.

Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus, etiam rebellibus, vt inhabitet Dominus.

Enarratio.

Docet hic contextus, de triumpho Christi, ascendentis in cœlum: vt repressis & victis tam hostibus, Ecclesiam suam diuina vi, atq; potentia in terris regat, & seruet, per ministerium Euangelij: & dona victoriæ suæ cœlestia & eterna Christianis suis distribuat. Ita enim S. Paulus hunc versum Psalmi interpretatur ad Ephesios 4.

In altum) id est, in cœlum. Est descriptio pompæ, ascendentis Christi in cœlum, postquam vicit mortem, fregit potentiam Diaboli, & superauit dolores inferni.

Paulus vertit: *Ascendisti supra omnes cœlos.* Vbi plures nominat cœlos, quàm nos humistrati suspicere aut intelligere possumus.

Quid

Quid significat hæc locutio: Christus est in cælis?

Significat Christum esse vbiq; omniaq; implere, atq; perficere, sua præsentia, omnipotentia, maiestateq; diuina. Marci *16*. Assumptus est in cœlum, & sedet à dextris DEI, illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante. Ephes. *1*. Credimus secundum efficaciam roboris fortitudinis eius quam exercuit in Christo, cum suscitaret eum ex mortuis, & sedere eum fecit ad dexteram suam in cœlestibus, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, & ἐξουσίας & δυνάμεως καὶ κυριότητος, vt hoc insuper omnem principatum ac potestatem & virtutem & dominium & omne nomen quod nominatur non solum in seculo hoc, verum etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedes illius &c. In Eph. *4*. Ascendit super omnes cœlos, vt impleret omnia.

OBIECTIO.

Cœlum est substantia corporea, finita &c.
Christus est in cœlo.
Igitur Christus est in corpore finito.

Re

Respondeo. Nego consequentiam: quia in minore est fallacia dictionis, seu φράσεως. Nam cum scriptura ait: Deus est in cœlis, vel, Christus est in cœlis, significat Christum esse vbiq; omnia exaudire atque respicere. Ephes. 4. Qui descendit, idem ille est, qui etiam ascendit supra omnes cœlos, vt impleret omnia &c.

Cepisti captiuitatem) id est, hostes & homines captos. Hostes quidem, vt Diabolum, mortem, infernum, mundum. Hos enim vicit Christus, & potentiam eorum comminuit. Homines vero captos in libertatem & dignitatem pristinam restituit. Perinde vt in triumpho non tam hostes capti, quàm ciues ab hoste antea capti ducuntur, vt in libertatem vindicentur. Ponitur ergo captiuitas, pro captis personis, per Hypallagen.

Accepisti dona) scilicet à Patre, vt ea elargiaris atq; distribuas hominibus. Paulus vertit: *dedit dona hominibus*. Sensus autem vtrobiq; idem est. Christus enim accepit dona, & dedit.

Qua

æ nam verò sunt dona ista, quæ Christus accepit à patre, & dedit hominibus?

ratia D ni, remissio peccatorum, ju-
a, Spiritus sanctus, vita, & salus æter-

Quomodo dat nobis Christus talia bona?

Per ministerium Euangelij, dum vo
ministri Ecclesiæ remittit nobis pecca-
pronuncíat nos iustos, donat nobis
iritum sanctum, & efficit nos hæredes
tæ æternæ. Item cum in Baptismo reci-
t nos in gratiam, mundat nos à sordi-
us peccati, & in Sacramento Cœnæ, da-
corpore, & sanguine suo confirmat &
bsignat fidem nostram.

Hinc adeo Paulus dona Christi vocat Apostolos, Euangelistas, Pastores: vtpo-
e per quos, tanquam per organa, siue
ministros hæc dona siue beneficia Chri-
ti nobis tribuuntur.

In hominibus) id est, propter homi-
nes, vel causa hominum.

Etiam rebellibus) id est, hostibus. Nam tanta est vis atq; potentia verbi & mini-
sterij Euangelici, vt etiam hostes doctri-
næ veræ conuertat, & ad agnitionem ve-

ritatis perducat. Exempla sunt in promptu. Paulus ex persecutore Christi, factus est Apostolus Christi. Augustinus ex Manichæo, Cyprianus ex Mago factus est Doctor Ecclesiæ salutaris. Ita omnibus ferè temporibus aliqui hostes Euangelij conuertuntur.

Vt inhabitet Dominus) vt sint templa DEI, in quibus habitet DEVS, quibus cùm communicet suam lucem, quibus impertiat suum Spiritum, & quos efficiat hæredes cœlestis regni.

DE PENTECOSTE NOVI TESTAMENTI.

Concio Prophetæ Ioëlis de Pentecoste noui Testamenti ex 2. cap.

ET erit posthæc, effundam Spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Etiam super seruos, & super ancillas, in diebus illis effundam Spiritum meum.

Et dabo prodigia in cœlo & in terra, sanguinem & ignem, & columnas nubis,

bis. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & terribilis.

Et erit, omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluabitur.

VND nach diesem / wil ich meinen Geist ausgiessen vber alles Fleisch / vnd ewre Söne vnd Töchter sollen weissagen / ewre Elteſten sollen Trewme haben / vnd ewre Jünglinge sollen Gesichte sehen. Auch wil ich zur selben zeit / beide vber Knechte vnd Mägde meinen Geist ausgiessen.

VND wil Wunderzeichen geben im Himmel vnd auff Erden. Nemlich / Blut / Fewer / vnd Rauchdampff. Die Sonne sol in Finsternis / vnd der Mondt in Blut verwandelt werden / ehe denn der grosse vnd schreckliche Tag des HERRN kommet.

VND sol geschehen / wer des HERRN namen anruffen wird / der sol errettet werden.

ARGVMENTVM.

Docet hæc concio de exhibitione Spiritus sancti in Pentecoste noui testamenti.

Partes eius sunt tres:

Prima est promissio effusionis seu missionis Spiritus sancti.

Secunda exponit effectus Spiritus sancti.

Tertia recenset signa antecessura effusionem Spiritus sancti, & vltimum diem.

Erit) id est, fiet.

Post hæc) scilicet tempora, quando noua incipiet Pentecoste.

Effundam) id est, large impertiam, siue dabo, per Metaphoram.

Spiritum meum) id est, coëssentialem & coëternum mihi patri, & filio. Est igitur Spiritus sanctus, DEI Spiritus, & verus DEVS cum patre, & filio.

Super omnem carnem) id est, hominem, per Synecdochen, quia pars hominis ponitur pro toto.

Caro in scriptura significat hæc tria. I. Idem quod homo. II. Corpus, vt Paul. *1. Cor. 15.* alia est caro volucrum, alia piscium. III. Significat affectiones carnales. Vt Rom. *8.* Si secundum carnem viuetis, &c. Præterea vniuersalis particula, Omnis, contrahenda est ad certam speciem, hoc est, ad hominem, cuius

cuius gratia DEVS homo factus est, secundum Athanasium in epist. ad Epictetum.

Prophetabunt) id est, cognoscent & celebrabunt DEVM.

Filij vestri) Distributio & συνωνυμία Rhetorica. Distribuit enim personas, quæ sunt filius, filia, senex, iuuenis, seruus, ancilla. Ideo autem tot personas nominat, vt indicet beneficium & donum Spiritus sancti pertinere ad omnes homines, cuiuscunq; ætatis, sexus, & conditionis. Synonymia vero est in vocibus Prophetiæ, somnij, visionis, quia pro vno & eodem, hoc loco vsurpantur, nempe pro cognitione DEI per Christum, duce Spiritu sancto.

Docet igitur hic locus de effectibus Spiritus sancti.

Per somnia & visiones etiam intelligi debent imagines illæ lætissimæ, & species iucundissimæ in somno occurrentes. Vt cum imaginem aduentantis filij DEI videre videmur. Vel audire vocem filij: Venite dilecti. Vel videre currum, in quo in cœlum euehi debeamus. Vel colloqui nos cum Christo videmur, aut insignem consolationem in angore ab illo accipere. Fuit in ludo hoc illustri puer

Laurentius Hertzbergius, qui cum labe consumtus ad vitæ exitum vocaretur, admonitus est à præceptore quodam, vt peccata sua agnosceret, & remissionem eorum à DEO peteret. Cui respondit ille: Ego vero delictum nullum noui: quippe qui Christum habeo redemtorem. Hæc oratio pueri Prophetiæ simílis est, & admiratione digna. Cuiusmodi multæ voces audiuntur à pueris ac puellis.

Quid efficit aut operatur Spiritus sanctus effusus à DEO in hominem?

Excitat cognitionem DEI, & motus tales, qualis est ipse. Est autem Spiritus DEI sanctus, verax, castus, &c. Ergo nos quoq; efficit sanctos, veraces, castos, &c.

Et dabo) Tertia pars de signis antecessuris & secuturis missionem Spíritus sancti vsq; ad finem mundi. Miscent enim Prophetæ, & Christus ipse signa antegressura vltimum diem, & excidium Hierosolymæ.

Prodigium) Est factum præter naturam, vt inusitata Eclipsis Solis, & terræ motus tempore passionis Christi.

Sanguinem) id est, necem Iudæorum

per

per sanguinis effusionem, secundum μετωνυμίαν. Signum enim necis quod est sanguis, ponitur pro ipsa nece, seu re significata. Vel intelliguntur signa cœli cruenta, vel imbres sanguinei, per hypallagen, vt fit abstractum pro concreto, sanguis pro sanguineo imbre.

Ignem) Incendium vrbis Ierusalem, vel ignitas impressiones in aëre, vt sunt faces ardentes flammam longe lateq; spargentes, item ardor cœli, columnæ igneæ, quasi pendentes de cœlo.

Columnas nubis) Lucas Act. 2. interpretatur vaporem fumi, idem quod fumus per Periphrasin, ortus ex incendio Ierosolymæ. vel uubes mole & pondere suo nutans & lapsum minitans.

Sol conuertetur in tenebras) id est, obscurabitur, vt fit in Eclipsi Solis.

Luna vertetur in sanguinem) id est, apparebit cruenta & horribilis.

Dies Domini magnus) Est Pentecoste, & vltimus dies iudicij siue aduentus filij DEI ad iudicandum.

Et terribilis) scilicet impijs, lætus verò & exoptatus pijs.

Et erit) Epiphonema, id est, sententiosa conclusio. Inuocare nomen Domi-

ni, significat DEVM inuocare fiducia filij Mediatoris.

CONTEXTVS DE SPIRITV SANCTO EX QVINQVAGESIMO PRIMO PSALMO: Cor mundum crea in me DEVS, &c.

ARGVMENTVM.

Continet hæc pars Psalmi precationem, vt Spiritus sanctus nos renouet, siue regeneret & mundet, sanctificet, gubernet, excitans in nobis veram DEI agnitionem, fidem, læticiam spiritualem, constantiam in confessione & afflictione, aliosq; motus DEO placentes, pios & gratos, cum erga ipsum, tum etiam erga proximum nostrum.

Crea mundum) id est, renoua cor meum, vel effice in me cor mundum.

OBIECTIO.

Creare est ex nihilo aliquid facere.
Dauid petit cor mundum in se creari.
Ergo Dauid petit ex nihilo aliquid fieri.

Respondeo ad maiorem, per distinctionem: Creare duo significat. I. Ex nihilo aliquid condere, vt cum Moses ait: In principio creauit DEVS cœlum & terram. II. Significat idem quod reformare seu renouare, vt cum Dauid ait: *Crea in me cor mundum*, id est, corrige prauum cor

cor meum,& renoua. Item cum DEVS ait in Propheta Esaia: *Ecce ego creo nouum cœlum & nouam terram.*

Potest etiam sic explicari: Crea,id est, regenera: Quia verè Propheta his verbis petit se regenerari &renouari per Spiritum sanctum.

Cor mundū) id est,puros motus cordis. Cor verò per Synecdochen significat animam ipsam,nempe mentem, voluntatem, & affectus in corde. Orat itaq; Propheta,vt mens ita mundetur,vt verè DEVM cognoscat: voluntas assentiatur, omnesq; cordis motus DEO placeant.

Quomodo mundatur seu purificatur cor?

Petrus Actor. *15.* inquit: Fide purificantur corda. Ergo qui credit in Christum,cor mundum habet, quia remissa sunt ei peccata, & etiamsi sordes circumferat multas: Tamen teguntur & condonantur propter Christum.

Spiritum firmum) id est, confirmantem me, vt absq; vlla dubitatione assentiar promissioni gratiæ, in eaq; acquiescam, & vera fiducia ad DEVM accedam, & bona ab eo petam atq; expectem.

In viſceribus meis) id eſt, intimo meo, ſecundum hebræum textum, id eſt, in mente, voluntate & corde. Hæc enim ſunt intima hominis.

Secundus verſus.

Ne proïcias me) id eſt, ne auerſeris me, propter peccata mea horrenda.

Theodoretus putat faciem ſignificare gubernationem, vt ſit ſenſus, ne deſiſtas me gubernare Spiritu tuo.

Spiritum ſanctum) id eſt, ſanctificantem & renouantem me, per Metalepſin.

Redde mihi lætitiam) Tertius verſus petit lætitiam in DEI ſalute, & promtam voluntatem obediendi DEO.

Lætitiam ſalutaris) id eſt, lætitiam ſalutarem, vel ſalutem adferentem lætitiam, hebræa phraſi.

Porrò ſalus duplicia bona complectitur, nempe remiſsionem peccatorum, & donationem iuſticiæ ac vitæ.

Petitur itaq; Prophetæ his verbis vtrunq;, & remiſsionem peccatorum, & gratiam DEI, ſiue donum iuſticiæ & lætitiæ, vt acquieſcere in DEO placata poſſit.

Spiritu ſpontaneo ſuſtenta me) id eſt, fac per Spiritum tuum, vt ſponte libenterq;

tibi

tibi obediam. Est enim Spiritus sponta-neus seu liberalis, qui flectit animos nostros, vt placidè feramus, quæcunq; DEVS nobis imponit, sine indignatione & fremitu.

Docebo iniquos vias tuas) Quartus versus cõtinet pollicitationem gratitudinis.

Quid promittit Propheta DEO pro acceptis tantis beneficijs?

Promittit pietatem & studium in referenda gratia.

Quomodo?

Per prædicationem tantæ bonitatis DEI; quo inuitentur etiam alij, ad benè sperandum de DEO, & celebrandum misericordiam eius.

Docebo) id est, prædicabo siue laudabo.

Quæ sunt viæ DEI?

Viæ Domini sunt misericordia & veritas, Psalmo 25. Est igitur via DEI cognitio misericordiæ DEI, qua vtitur erga omnes, qui ad ipsum confugiunt, & delictorum suorum veniam petunt.

Vt peccatores ad te conuertantur) id est, agnoscant tuam bonitatem, & te veris laudibus celebrent.

DE

DE SANCTA TRINITATE EX CAP. XI. AD ROM.

O profunditatem diuitiarum, & sapientiæ, & cognitionis DEI, &c.

ARGVMENTVM.

Docet hic contextus de immensa & admirabili sapientia, iusticia, & maiestate DEI, superante omnem humani ingenij vim, intelligentiam, & rationem. Monet autem nos omnes, vt omissa grauiori speculatione maiestatis diuinæ, mentem & oculos referamus ad verbum DEI, ex eoq; qualis sit DEVS, & quid nos velit facere, discamus.

Summa hoc syllogismo comprehendi potest:

Inscrutabilia non sunt inquirenda.

AEterna DEI maiestas, & sapientia est inscrutabilis.

Ergo aterna DEI maiestas, & sapientia non est inquirenda.

Valet consequentia ab impossibili. Veruntamen non nisi de maiestate DEI abscondita, nec in verbo reuelata, intelligi debet.

OBIECTIO.

Amor requirit noticiam.

DEVS

DEVS non noscitur.
Ergo DEVS non potest amari.

Respondeo Minor est vera, quatenus intelligitur absolute, id est, de DEO non reuelato in verbo. Nam extra verbum DEVS neq; comprehendi acie mentium nostrarum potest, neq; voluntas eius sciri. At in verbo DEVS suam essentiam & voluntatem nobis patefecit, quantum nobis expedit, & ad salutem satis est. Sic enim de voluntate DEI scriptura ait: Iohan. 6, Hæc est voluntas DEI, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Hinc alius Syllogismus nascitur:

Omne patefactum potest cognosci.
DEVS est patefactus.
Ergo DEVS cognosci potest.

Vsus huius contextus.

I. Monet nos humiliratos non debere scrutari arcana DEI consilia, aut aliam DEI voluntatem quærere, vel confingere, quàm quæ in verbo DEI patefacta est.

II. Docet omnem salutis nostræ rationem, in simplici fide Christi sitam esse. Extra hanc nulla salus esse potest.

III. Ex-

III. Excludit omnem sapientiam, dignitatem, meritum, & prærogatiuas cæteras hominum, & adducit nos ad solam DEI misericordiam, in Christo promissam.

O profunditatem) Exclamatio præ admiratione immensæ sapientiæ, & scientiæ DEI.

Profunditas diuitiarum sapientiæ) id est, profunda, & affluens sapientia in DEO, phrasi hebræa.

Sapientia in DEO, est perfecta omnium rerum notitia, & experientia.

Cognitio seu γνῶσις DEI, est scientia præteritorum, præsentium & futurorū.

Iudicium DEI, est delectus faciendorum & non faciendorum, iustorum & iniustorum, placentium & displicentium.

Viæ eius) Via DEI est propositum, seu institutum, videlicet quid agat, aut exhibiturus sit nobis. Per Metaphoram à pedibus ad animam.

Quis enim) Ratio per distributionem. Recenset enim tria in DEO, quæ homini prorsus sunt impossibilia. Primum est, nosse mentem Domini. Est autem mens DEI ipsa cogitatio siue sensus, nullo termino aut fine circumscriptus,

Aut

Aut quis fuit) II. Dare consilium DEO, id est, suadere vel exponere quid facere DEVM oporteat, aut non facere?

Aut quis prior) III. Mereri de DEO. Argumentum sic habet:

Qui reddere debet, eum prius accipere oportet.

DEVS nihil accepit ab homine.

Igitur DEVS nihil debet homini vel reddere, vel referre.

Et per consequens, quicquid nobis benefit à DEO, id omne gratis ex mera DEI misericordia & liberalitate nobis contingit.

Nam ex illo) Testimonium illustre de Trinitate, id est, tribus distinctis personis in diuinitate. Nam nos Christiani confitemur vnum DEVM in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneramur, neq; personas confundentes, neq; substantiam separantes, vt in Symbolo Athanasij dicitur.

Quæ est nota Patris in hoc contextu?

Pater est persona creans. Nam ex eo, scilicet Patre, sunt omnia.

Quæ est nota Filij?

Filius est persona, per quam omnia

sunt

sunt creata, sicut affirmat textus: per illum, scilicet filium, omnia condita sunt.

Quæ est nota Spiritus sancti?

Spiritus sanctus est persona, in quam omnia sunt facta: id quod Paulus significat, in illum, scilicet Spiritum sanctum sunt omnia.

Ipsi sit gloria) Clausula εὐχαριστική, id est, gratiarum actionis.

IN FESTO IOANNIS BAPTISTAE CANTICVM ZACHARIÆ LVcæ 1. cap.

Laudandus Dominus DEVS Israel, &c.

ARGVMENTVM.

Est hymnus continens gratiarum actionem pro redemtione generis humani, per Christum facta.

Laudandus Dominus) Propositio: Gratias ago DEO.

Dominus DEVS) Dominus est vocabulum generalius, ideo additur alia vox, DEVS, quæ priorem declaret, per appositionem.

Zacharias) id est, memor Domini DEI.

Israel)

Israel) id est, princeps seu victor DEI, sic dictus fuit Iacob, quia luctatus est cum filio DEI, & vicit eum, nitens scilicet promissione de Christo, vel de Messia.

OBIECTIO.

Dominus est DEVS Iacobi.

Ergo non omnium, sed vnius tantum est DEVS.

Respondeo. Iacob siue Israel per Synecdochen ponitur pro omnibus Israelitis, seu pro tota Ecclesia.

Quia visitauit) Ratio: quia visitauit, id est, benignè, amanterq; ad nos venit, ad consolandum & iuuandum nos, in nostris ærumnis atq; malis.

Et fecit redemtionem) id est, redemit, per Periphrasin.

Populum suum) id est, Christianos siue credentes in Messiam. Iam in Antithesi consideretur vtrumq;, & captiuitas nostra, siue hostes à quibus captiui tenebamur, & liberatio à potestate talium hostium. Hostes sunt: Diabolus, infernus, mors, &c. Ex horum faucibus nos eripit filius DEI, per salutiferum suum ad nos aduentum.

Et erexit) II. Ratio: Quia erexit, id est, statuit, cornu salutis, id est, potentiam si-

ue præsidium salutare, phrasi hebraica. Estq; Metaphora in voce cornu. Vt enim vis & robur tauri, vel cerui in cornibus situm est: Ita Christianorum potentia & præsidium omne, situm est in Christo saluatore.

In domo Dauid pueri sui) id est, in Ecclesia, per Periphrasin. Ecclesia vocatur domus Dauid, id est, cœtus propagatus ex familia, seu promissione facta Dauidi, de Christo seruatore. Zachariæ *12.*

OBIECTIO.

Rex non est puer.
Dauid fuit rex.
Ergo Dauid non appellandus puer.

Respondeo ad maiorem: ὁμωνυμία est in voce pueri. Nam παῖς puer, sæpenumero idem significat, quod δοῦλος seruus.

Sicut locutus est) III. Ratio: A testimonio Prophetarum, seu veritate promissionum DEI.

Locutus est per os) id est, prædixit per Prophetas suos inde vsq; ab initio Ecclesiæ.

Quid docet hic versus?

I. Docet, promissiones DEI esse veras, & euentu comprobari. II.

II. Docet, doctrinam Prophetarum nihil aliud esse, quam ipsum DEI verbum.

III. Docet, promissionem de Christo, semper in Ecclesia per Prophetas esse repetitam.

Fore vt seruaremur) Interpretatio promissionis DEI, per Prophetas repetitæ.

Quid DEVS promisit per Prophetas?

I. Promisit salutem, hoc est, defensionem ab hostibus.

Qui sunt illi hostes?

Lex accusans, & damnans, Satanas, infernus, mors, mundus.

Et de manu) id est, potestate, per Metonymiam, signum pro re signata ponitur.

Omnium qui oderunt me) Synonymia, id est, interpretatio prioris. Est enim inimicus is, qui odit, & qui odit, ille est inimicus.

Vt vteretur) Secundo promisit DEVS misericordiam erga patres nostros.

Quid est misericordia?

Misericordia est virtus siue affectus, inclinans voluntatem, vt alterius cala-

mitate afficiatur, & lenire, sanareq; illam cupiat: tum dicta & facta alterius benignè interpretetur, & in meliorem partem accipiat.

Complectitur itaq; misericordia hæc tria membra.

I. Afficitur nostra miseria.

II. Vult nobis opitulari.

III. Non rigidè, sed benignè de nobis iudicat, delicta condonat, iniurias dissimulat, sordes tegit.

Qui sunt patres nostri?

Abraham, Isaac, Iacob, Dauid &c.

Quomodo hi possunt esse patres nostri, cum nos gentes ex illis non simus propagati?

Abraham est pater noster spiritualis, quia est pater omnium credentium in Christum, Roman. 4. Quicunque igitur Christum credunt, sunt filij, siue sectatores Abrahami, ac hæredes promissionis datæ Abrahamo.

Memor esset Testamenti) id est, seruaret fœdus, quod pepigit. Testamentum enim idem significat, quod fœdus. Ex quo cognoscimus vinculum, quo DEVS nobis hominibus, & nos vicissim DEO obstricti sumus.

Iusiurã-

Iusiurandum) id est, secundum iusiurandum, κατ' ἔλλειψιν, id est, omissionem præpositionis secundum, vel iuxta.

Iusiurandum quod iurauit) *Quid docet hic versus?*

Est confirmatio à iureiurando DEI,

Quid DEVS iurauit Abrahamo?

Genesis 22. Per semetipsum iurat DEVS: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Hic perpendat quisq; , quantum hoc sit, quod DEVS ipse homini iuret, ad confirmandum ipsius fidem.

Vt sine timore de manu) Hic versus exponit fructum iurisiurandi DEI, seu Messiæ promissi & exhibiti.

Primus fructus, est liberatio de potestate inimicorum.

Secundus, cultus DEI verus, in vera fide Christi. Ideo enim DEVS liberauit nos per filium suum, vt ipsi seruiamus.

Quomodo seruire DEO debemus?

In sanctitate & iustitia.

Quid est sanctitas?

Sanctitas seu pietas sita est in vera agnitione filij DEI per fidem, & in vita DEO placente, secundum sanctum ipsius verbum.

OBIECTIO.

Sanctus est sine labe & macula.
Nullus hominum est sine labe & macula.
Ergo, nullus hominum est sanctus.

Respondeo ad minorem. Christianus dicitur sanctus per Synecdochen, scilicet propter fidem in Christum, quia vocatus per Euangelium ad Ecclesiæ societatem, credit se Christi sanguine, & morte sanctificatum & mundatum esse: Deinde quia spiritu reprimit vitiosas carnis cupiditates, & nouam obedientiam incoat secundum DEI verbum: Etiamsi illa obedientia non sit integra: placet tamen DEO prælucente fide in Christum. Vide Lutherum in cap. 5. ad Galatas.

Quid est iustitia coram DEO?

Iusticia coram DEO, consistit in acceptione remissionis peccatorum, salutis & vitæ, per fidem in mediatorem Christum.

Cunctis diebus vitæ nostræ) id est, per totam nostram vitam.

Et tu puer) id est, Iohannes infans.

Prophetæ) id est, vates Christi, quippe quem coràm adesse annunciabis, atq; adeo digito monstrabis.

Ἁπλο-

Ἀντιλογία, id est, contradictio:

Iohannis primo, inquit Iohannes: Non sum Propheta. Hoc loco Zacharias vocat Iohannem Prophetam.

Conciliatio:

Iohannes negat se esse Prophetam, scilicet talem, quales fuerunt in veteri testamento.

Quod est discrimen inter Prophetas veteris testamenti, & Iohannem?

I. Prophetæ veteris testamenti vaticinati sunt de Messia nascituro: Iohannes verò Baptista docuit de Messia iam nato vel exhibito.

II. Prophetæ veteris testamenti sustinebant partem politicorum negotiorum: Iohannes vero non.

Altissimi) id est, filij DEI Christi, vel Messiæ.

Præibis ante faciem Domini) id est, eris πρόδρομος præcursor, καὶ πρόαγγελος, prænuncius Christi.

Ad parandum vias) id est, ad annunciandum pœnitentiam, & remissionem peccatorum, in nomine Christi. Et hoc est officium Iohannis Baptistæ.

Ad dandum scientiam) id est, ad prædicandum Euangelium, de remissione peccatorum, iusticia, & salute gratis accipienda, propter Christum.

Populo ipsius) id est, Ecclesiæ, seu Christianis.

Per remissionem) Manifestum testimonium, quod probat, salutem nostram in remissione peccatorum esse sitam.

Per viscera misericordiæ) id est, propter vehementem misericordiam, siue internam, minime simulatam.

Viscera, græce σπλάγχνα, sunt membra pectoris, cor, epar, pulmo &c.

Quibus) id est, propter quam misericordiam.

Oriens ex alto) id est, Christus Dei filius, per Periphrasin.

Visitauit nos) id est, venit in hunc mundum, & sanguine, morteq; sua nos redemit.

Quare Christus vocatur oriens ex alto?

Quia Malachiæ 4. Christus vocatur Sol Iusticiæ. Christus est oriens, id est, similis Soli orienti, per Metaphoram. Vt enim Sol suo lumine & calore, omnia illustrat, & fouet: Sic Christus per verbum suum

suum succendit noticiam DEI veram, in cordibus credentium, & fidem, dilectionemq; suscitat.

Vt illucesceret) id est, ad agnitionem DEI conuerteret. Lux enim significat noticiam.

Qui in tenebris & vmbra mortis sedebant) id est, hominibus DEI ignaris, & morti obnoxijs.

Sedere in tenebris, significat ignorare DEVM, vel versari in ignoratione veri DEI.

Sedere in vmbra mortis, id est, obnoxium esse morti.

Ad dirigendos pedes) id est, vt reducat nos in viam pacis, id est, ad veram tranquillitatem conscientiæ siue cordis, reconciliati cum DEO, in Christo mediatore.

IN FESTO VISITATIONIS MARIAE, CANTICVM MARIÆ:

Magnificat anima mea, &c.

ARGVMENTVM.

Est hoc canticum gratiarum actio, in qua grato animo Maria, atq; adeo Ecclesia tota celebrat & prædicat beneficia DEI, in se collata.

Partes sunt quatuor.

I. *Est propositio, quæ recitatur versu primo: Toto animo gratias ago* DEO.

II. *Prædicat beneficia* DEI, *priuatim Mariæ exhibita, quorum primum est, quod vilem puellam adeo ornauit. Secundum, quod Messiam ex Maria nasci voluit: quod est omnium maximum opus.*

III. *Prædicat misericordiam* DEI *erga omnes homines, & alia opera admirabilia, quorum primum est, potentia per Christum, brachium* DEI. 2. *Deiectio superborum, & exaltatio humilium. 3. Saturitas esurientium, & egestas diuitum.*

IIII. *Pars commemorat beneficium receptionis populi Israelitici in gratiam* DEI, *secundum promissa* DEI *ad patres.*

Anima mea magnificat) id est, ex animo gratias ago DEO.

Et spiritus meus exultauit) id est, lætor toto pectore, in Christo, vero DEO, & saluatore meo, atq; adeo omnium hominum.

Quia respexit) Ratio, à merito seu clementia DEI. Nam respexit me humilem puellam, & æterna laude decorauit. Respicere est rationem habere.

Humilitatem ancillæ suæ) id est, humilem puellam, phrasi hebræa.

Ex

Ex hoc) scilicet tempore κατ' ἔλλειψιν.

Omnes generationes) id est, ætates, vel homines omnium ætatum aut temporum.

Dicent) id est, prædicabunt.

Beatam) scilicet propter hanc DEI gratiam in me collatam.

Quia fecit mihi magna) Hoc versu prædicat Maria secundum beneficium sibi præstitum à DNO, nempe quod nasci Messiam ex se voluerit.

Qui potens est, & sanctum nomen eius) id est, DEVS potens, & sanctus, per Periphrasin. Et hæc pars est subiectum versus.

Fecit mihi) id est, præstitit, vel exhibuit mihi.

Magna) id est, beneficium amplum. Hoc est prædicatum.

Quod est illud beneficium magnum?

Est conceptio Messiæ in vtero Mariæ virginis. Hæc enim duplici de causa admiratione & prædicatione digna est.

I. Quod contra & supra omnem rationem humanam est.

II. Quod DEVS ad tantum opus non matronam aliquam primariam, sed inopem & despectam puellam delegit.

Quid

Quid significat sanctum nomen DEI?

Significat DEVM esse dignum omnium Angelorum & hominum cognitione, celebratione, & cultu.

Et misericordia eius) Hoc versu incipit Maria prædicare publica DEI beneficia, quæ scilicet ad vniuersam Ecclesiam spectant. Et est tertia cantici pars.

Quod est beneficium primum ad totam Ecclesiam pertinens?

Misericordia perpetua in omnes Christianos.

Misericordia DEI est gratia, qua nos indignos & damnatos recipit, & hæredes omnium cœlestium bonorum facit.

A progenie in progeniem) id est, omni tempore durat.

Timentibus ipsum) id est, Christianis. Nam Christianus est persona regenerata per verbum & Baptismum, ad timendum DEVM, id est, ad obediendum DEO, in vera fide Christi.

Fecit potentiam) Hic versus prædicat potentiam DEI per Christum.

Fecit) id est, exerit, siue exercet.

Potentiam) id est, imperium.

In brachio) id est, per filium, per Metaphoram

taphoram. DEVS enim proprie loquendo non habet brachium carneum, quale nos habemus. Vt igitur homo robur suum exerit per brachium, & opus facit: sic DEVS per filium suum omnia fecit, & adhuc pios tuetur, impios vero destruit.

Dispersit superbos) Nunc singulatim quædam opera DEI admiranda recenset, vt est dispersio superborum, deiectio potentum, &c.

Dispersit) id est, dissipat, euertit, minuit, mutilat vel perdit.

Superbos) id est, elatos, confidentes, seu inflatos opinione, spe, animis.

Mente cordis ipsorum) id est, in cogitationibus seu consilijs, vel conatibus ipsorum.

OBIECTIO.

Cor continet affectus.
Mens tribuitur cordi, hoc loco.
Igitur Mens est affectus.

N. C. quia in minori est fallacia phraseos hebrææ. Nam cor in scriptura sancta significat etiam intellectum & voluntatem, seu partem cognoscentem, &c.

Deposuit) id est, deiecit, vel detrahit.

Potentes) id est, Diabolos, & homines dignitate,

dignitate, autoritate, & potestate, diuinitus concessa abutentes ad libidinem, luxum, tyrannidem, & oppressionem aliorum.

De sedibus) id est, potestate, quæ illis tributa est:

Exaltauit) id est, euexit. Sicut solet DEVS ex puluere, id est, vili sorte erigere aliquem, & ad magnam dignitatem euehere.

Humiles) id est, depressos, seu despectos coram mundo.

Esurientes impleuit) Cecelebrat hic versus singulare artificium DEI, saturantis famelicos, & exuentis opitulentos omnibus copijs & facultatibus.

Impleuit) id est, saturat.

Esurientes) id est, laborantes ex desiderio gratiæ, seu iustitiæ, & salutis æternæ. Sicut Matth. 5. scribitur: Beati omnes, qui sitiunt iustitiam &c.

Diuites) id est, tumentes persuasione propriæ sanctitatis aut iustitiæ.

Dimisit inanes) id est, confundit, reijcit, damnat, vel in nihilum redigit. Potest idem versus etiam intelligi de corporalibus bonis, sicut sæpe videmus opulentos ad inopiam redigi, contra verò inopes vel locupletari, vel victu honesto donari.

Suscepit

Suscepit Israel) IIII. pars celebrans beneficium redemtionis per filium DEI.

Suscepit) id est, DEVS subleuat, vel in gratiam recipit.

Israel) id est, populum Israëliticum, & cum eo omnes credentes Christianos.

Israel est puer DEI, id est, filius, quem adoptauit, & hæredem fecit regni sui, & æternorum suorum bonorum. Estq; emphasis in hac voce: Christianus est puer DEI. Ergo pendeat à DEO patre suo, verboq; eius sancto. Ergo souetur à DEO, amatur, & curatur, quemadmodum liberi tractantur à parentibus.

Sicut locutus est) id est, promisit scilicet Abrahamo, cæterisq; patriarchis, & omnibus eorum posteris.

Vbi extat promissio facta Abrahamo?

Genesis 22. In semine tuo benedicentur omnes generationes terræ, id est, ex familia seu posteris tuis nascetur Messias, à quo salutem & vitam accipient omnes, qui credunt in eum.

Quare solus Abraham nominatur inter tot patres sanctos?

Abraham nominatur hoc loco κατ' ἐξοχήν,

ἐξοχήν, id est, per excellentiam: quia promissio de Messia aliis quoq; facta est patribus: sed luculentissimè & sæpissimè Abrahamo.

Semini eius) id est, posteris.

Gloria patri & filio) Δοξολογία, id est, clausula celebrans totam Trinitatem, Patrem, filium, & Spiritum sanctum.

Est autem composita in Synodo Nicena primùm, & postea autore Damaso Papa huic cantico & aliis adiecta.

IN FESTO MICHAELIS CONTEXTVS DE ANGELIS EX XII. CAPITE Apocalypsis.

ET factum est prælium magnum in cœlo. Michael & Angeli eius præliabantur cum Dracone. Et Draco pugnabat, & angeli eius, & non valuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus est Draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui seducit totum terrarum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo proiecti sunt. Et audiui vocem magnam,

gnam, dicentem: in cœlo nunc facta est salus & virtus, & regnum DEI nostri, & potestas Christi eius.

Quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum DEI nostri, die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni, & propter sermonem testimonij sui, & non dilexerunt animam suam vsq; ad mortem.

Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ habitatoribus terræ & maris. Quia descendit Diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.

ARGVMENTVM.

Hic textus describit prælium acre, & certamen continuum inter angelos bonos, duce Filio DEI, & angelos malos, duce Dracone. Sunt igitur personæ præliantes, ipsemet filius DEI, πρόμαχος cum angelis suis, & Draco vel Satanas cum angelis suis malis.

Vbi verò committitur hoc prælium?

In Ecclesia militante in hoc mundo.

Quam ob causam tantopere dimicat Filius DEI, & angeli eius cum Dracone, & eius angelis?

Filius DEI quidem cum ministris suis angelis pugnat pro Ecclesia, vt eam sartam tectam conseruet. Draco vero cum suis angelis oppugnat Ecclesiam, omnemq; suam potestatem & regni conatum in Christianorum perniciem conuertit.

Quis igitur vsus est, siue effectus tanti prælij?

Defensio & salus Ecclesiæ, omniumque membrorum eius, & contrà repressio furoris Diaboli, exitium nobis omnibus & singulis dies atq; noctes parantis.

Vter vincit?

Michael cum angelis suis vincit atque triumphat. Draco vero victus atq; prostratus, è cœlo prius eiicitur, & tandem in æternos cruciatus præcipitatur.

Enarratio textus.

Prælium) significat certamen de dogmatibus

matibus religionis. Non enim est pugna quæ fit gladijs & hastis : sed est pugna de sancto DEI verbo, vel articulis fidei, & salute æterna hominum piorum.

In cœlo) id est, in Ecclesia in hoc mundo.

Quare Ecclesia nominatur cœlum hoc loco?

Quia est regnum DEI, cuius rex & gubernator est Christus : subditi verò vel ciues sunt Christiani : Vel : Ecclesia vocatur cœlum, quia in Ecclesia habitat DEVS, vel Ecclesia est sedes DEI, siue templum DEI.

Partes textus :

Prima describit personas pugnantes.
Secunda victoriam Michaelis.
Tertia triumphum.
Quarta causam victoriæ.
Quinta extremum furorem atq; conatus Satanæ ante finem mundi.

De prima.

Michaël hoc loco est ipse Filius DEI coæternus, & coëssentialis DEO patri. Significat

enim Michael idem quod par, vel æqualis DEO. Eodem modo significat etiam apud Danielem capite *12*. In illo tempore stabit Michael Dux magnus pro filijs populi sui.

Secundò Michael est angelus, siue archangelus, vt Danielis *10*.

Tertiò est nomen proprium Christianorum quorundam, qui tametsi DEO æquales non sint: tamen donis DEI, nempe iustitia, & sanctitate ornantur.

Angeli eius) Angeli Christi sunt partim Spiritus boni, partim doctores Ecclesiæ, & pij Christiani, qui pro gloria Christi, & veritatis confessione dimicant, pericula, odia, & mortem etiam ipsam subire parati.

Præliabantur) Emphasis est in verbo præliandi, quæ sic euoluenda est: Primùm significat actionem, id est, dimicationem acrem, & perpetuam inter Christum, eiusq; membra, & inter Diabolum, seu malos spiritus, hominesq; improbos.

SECVNDO:

Quibus armis dimicat Christus & Diabolus?

Spiritualibus. Christus enim repellit

lit & prosternit Diabolum potentia verbi sui, Matth. 4. Angeli vero Christi vincunt Diabolum virtute Christi. Christiani alia arma non habent, nisi verbum DEI, & precationem, vt in versu dicitur:

Arma gregis Domini verbum, lacrimæq́, precesq́.

TERTIO:

Quæ sunt arma Diaboli?

Mendacium & homicidium. Per mendacium enim peruertit sanctum DEI verbum: vbi DEVS affirmat se esse misericordem, ibi Diabolus negat, delere ex animo Christianorum hominum cupiens omnem fiduciam, & spem de bonitate DEI. Cum DEI verbum promittit peccatori pœnitẽtiam agenti & ad Christum confugienti gratiam, salutem, & vitam: Diabolus peccatorum magnitudinem acerbè exaggerat, & ad desperationem impellit. Per homicidium verò efficit bella, dissensiones, cædes, fraudes, & omnis generis calamitates.

Cum Dracone) Draco est Diabolus, qui & serpens dicitur antiquus, propterea quod per serpentem locutus est, cum

in fraudem pellexit primos parentes, per Synecdochen, quia serpens fuit continens Diaboli: Diabolus verò contentum. Deinde dicitur Diabolus serpens propter astutiam seu calliditatem, quod sit similis serpenti, quoad calliditatem, per Metaphoram. Draco autem appellatur per Metaphoram, quod sit similis Draconi. Vt enim Draco attrahit, & vi sua corpora etiam robustissima vno quasi momento prosternit & enecat: ita Diabolus insidijs & violentia homines quantumuis sapientes à Deo abstrahit, seducit atq; perdit.

Antiquus) quia inde vsq; ab initio annis tot mille malas artes exercuit, & veteranus, atq; adeo artifex & μιχανέρρα φος iam factus est peritissimus.

Et Draco pugnabat) Ἀντίσασις. Angeli Draconis sunt Spiritus maligni & doctores falsi, adeoq; omnes impij & profani homines, libidine, auaritia, ambitione, inuidia, & superbia æstuantes. Cum his enim pijs Christianis perpetuum est certamen.

Et non valuerunt) Secunda pars de victoria Michaelis, & angelorum eius. Disertè enim affirmat textus Draconem esse

esse victum cum suis angelis, atq; proiectum in terram.

Valuerunt) id est, victus est Draco, & angeli eius.

Quid docet hæc pars?

Consolatur omnes pios, quod duce Filio DEI, præsidibusq; angelis, Diabolum, & eius organa, quantumuis ignem, & fulmina spirent, vincere possint.

OBIECTIO.

Victus non regnat.
Satanas est victus.
Ergo Satanas non regnat.

Vnde igitur tanta est Diaboli potentia, furor & Tyrannis?

Ἀντισυλλογισμὸς.

Principem oportet regnare.
Diabolus est Princeps huius mundi.
Ergo Diabolum oportet regnare.

Respondeo ad minorem, quia Diabolus est princeps huius mundi: regnat in impijs, securis, & Epicuris, tanquam in suis subditis, organis atq; squamis. In pijs verò non regnat: Etsi enim eos oppugnat: tamen nocere illis non potest, nisi quatenus permittit DEVS, vel ad

probationem, vel ad coronam, vt Augustinus ait.

Neq; locus inuentus) id est, eiecti sunt ex Ecclesia.

Qui seducit totum) id est, omnes homines assentientes mendacio Diaboli in mundo, per Synecdochen, quia orbis terrarum ponitur pro hominibus habitantibus in orbe terræ.

Omnes seducti à Diabolo damnantur.
Totus terrarum orbis seducitur à Diabolo.
Ergo totus terrarum orbis damnatur.

Respondeo ad minorem, quæ restringenda est ad partem eam hominum, qui Diaboli ductum, & auspicia sequuntur.

Proiectus est in terram) id est, inter homines terrenos, qui DEVM non norunt: sed ventri seruiunt, quærentes huius mundi voluptates, & commoda, per hypallagen.

Et audiui vocem) Tertia pars de triumpho Ecclesiæ Christi. Vox magna est ἐπινίκιον, id est, carmen siue hymnus triumphalis, quem Ecclesia DEO canit, ob partam victoriam.

In cœlo) id est, in Ecclesia. Est autem duplex Ecclesia, triumphans & militans. Canit autem DEO hunc hymnum pariter

ter cœlestis Ecclesia, siue militia cœlestis, vel chorus angelicus, & Ecclesia in his terris, quoties DEO gratias agit pro liberatione à peccato, morte, & Diaboli tyrannide.

Nunc facta est salus) Salus significat remissionem peccati, & donationem iustitiæ & vitæ.

Virtus) est potentia victrix Diaboli & mortis.

Regnum) Regnum DEI est gubernatio per verbum, & Spiritum sanctum in Ecclesia, & pectoribus Christianorum.

Potestas Christi eius) est imperium Christi dominantis peccato, morti, & inferno. Hac enim potestate eripit ex fati, & orci faucibus, quotquot ipsi confidunt, eosq; vitæ, regnique cœlestis consortes efficit.

Fratrum) id est, Christianorum. Christianus est frater Christi, Michaelis, & angelorum eius, quia germana fide, sinceraque religione, tum fœdere sancto coniuncti sunt. Christus etiam est frater noster, quia habet carnem de carne nostra, vel est ὁμοούσιος nobis, secundum carnem, vel humanam naturam.

Accusabat) id est, criminabatur & damnabat.

Num ascendit Diabolus in cœlum, & accusat Christianos ante thronum DEI?

Non.

Tamen historia Iobi testatur, Satanam coràm petijsse à DEO potestatem diripiendi bona, & excruciandi corpus eius?

Respondeo. Certum est Satanam nocere Christiano nihil posse, nisi permittente DEO, siue impetrata venia à DEO.

Sed quomodo fit accusatio coram DEO?

Satanas accusat nos peccati, & reos esse iræ DEI, & pœnæ æternæ ostendit. Syllogismus hic est, id est, hæc est intentio accusatoris:

Peccator est damnatus à DEO.
Tu homo es peccator.
Ergo tu es damnatus à DEO.

Ac maiorem quidem exaggerat immodicè, vt iræ DEI tantam esse magnitudinem ostendat aduersus peccatorem, vt nil nisi pœna, & infernus apertus expectari possit. Tum in minore propositione amplificat in immensum peccati mo-

ti molem, vt spem veniæ consequendæ omnem adimat.

Responsio Christiani:

Syllogismus tuus, Satana, Sophisticus est. Nam is demum peccator damnatus est, qui desperat, misericordiam DEI & meritum Christi contemnens sicut tu facis: Ego verò misericordiam DEI nequaquam reijcio: Sed confido Christi merito, qui mea est iustitia, sanctificatio, vita & salus. Etsi igitur peccator sum, quod fateor ingenuè, & quidem maximus: tamen peccatum meum omne exoluit, & expiauit Christus. Ab hoc exige, si placet, & me missum facito. Nam tibi nihil debeo, neq; peccaui quicquam.

Et ipsi vicerunt) Quarta pars de causa triumphi.

Ipsi) scilicet Christiani.

Eum) scilicet Satanam.

Sanguinem) id est, mortem atq; meritum. In voce sanguinis est metonymia, quia sanguinis effusio est signum mortis.

Agni) id est, Christi, per Metaphoram. Propositio sic habet: Christus est agnus, id est, similis agno. Vt enim agnus sine contumacia se mactandum, & immo

& immolandum præbet lanio: Sic Christus se occidi, & immolari passus est, absque rebellione, pro peccatis nostris.

Augustini dictum de sanguine Christi:

Omnis certitudo fidei nostræ sita est in precioso sanguine Christi. Est igitur prima causa triumphi Christianorum, mors Christi.

CONTRA.

Qui moritur, non triumphat.
Christus moritur.
Ergo Christus non triumphat.

Respondeo ad maiorem per distinctionem. Is enim non triumphat, qui moritur, & in morte manet. Deinde ad minorem: Christus est mortuus quidem: sed non mansit in morte. Psalmo *16.* Marci *16.* Acto. *2.* Rom. *6.*

IOHAN. HVS.

Vincit, qui moritur.

Sermonem) Secunda causa triumphi, scilicet confessio Euangelij in medijs fluctibus tentationum, persecutionum, & tormentorum, tum in ipso etiam mortis agone.

Sermo est Euangelium, per Antonomasiam,

maſiam, vel κατ' ἐξοχὴν, quia appellatiuum vel commune nomen ponitur pro nomine proprio, id eſt, pro Euangelio.

Teſtimonij) id eſt, confeſsionis ſuæ.

Quis eſt μάρτυς?

Qui ſuo ſanguine & morte confirmat, & veluti obſignat doctrinam Euangelij: Sic ergo de martyribus ſeu confeſſoribus hic locus intelligi debet. Martyr etiam eſt quilibet Chriſtianus, qui in confeſsione Euangelij perſeuerat vſq; ad finem vitæ: quiq; ingenue & conſtanter dicit ac defendit veritatem aduerſus Diabolum, & adminiſtros eius.

Nec dilexerunt) id eſt, pluris fecerunt Euangelij confeſsionem, quàm vitam ipſam.

Propterea) Epiphonema hortans ad lætitiam ob tantum triumphum.

Cœli) id eſt, Eccleſia, vel Chriſtiani, κατ' οἰκοδοχὴν.

Habitatis) id eſt, Chriſtiani. Chriſtiani ſunt incolæ cœli, id eſt, ciues Eccleſiæ.

Væ habitatoribus) Poſtrema pars de commination aduerſus ſecuros & Epicureos in mundo.

Terræ) id eſt, hominibus ſecuris ſeu profanis,

profanis, qui nihil nisi terrena sapiunt, id est, opes, & commoda huius vitæ quærunt.

Maris) Habitatores maris sunt homines voluptarij, dediti luxui & libidini.

Quia descendit) Ratio comminationis.

Descendit) id est, regnat inter securos, & profanos.

Habens iram magnam) id est, effundit omnes irarum habenas, & omnem suam sæuitiam, furoremq; exerit.

Modicum tempus) id est, quod breui venturus sit Christus iudex, qui præcipitaturus est Satanam in sempiternos cruciatus inferni. Ideo sæuit magis, sentiens iam tum acerbitatem, & magnitudinem iræ, & æternarum pœnarum.

IN TEMPORE ADVENTVS DOMINI EXPLICATIO HYMNI Ambrosij.

VEni redemtor gentium,
Ostende partum virginis,
Miretur omne seculum:
Talis decet partus DEVM.

Non

Non ex virili semine,
Sed mystico spiramine
Verbum DEI factum est caro,
Fructusq; ventris floruit.

Aluus tumescit virginis,
Claustrum pudoris permanet:
Vexilla virtutum micant,
Versatur in templo DEVS.

Procedens de thalamo suo,
Pudoris aula regia
Geminæ gigas substantiæ,
Alacris vt currat viam.

Egressus eius à Patre,
Regressus eius ad Patrem,
Excursus vsq; ad inferos,
Recursus ad sedem DEI.

Æqualis æterno Patri,
Carnis trophæo accingere,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpetim.

Præsepe iam fulget tuum,
Lumenq; nox spirat nouum,
Quod nulla nox interpolet,
Fide quod iugi luceat.

DEO

Deo patri sit gloria,
Eiusq; soli filio
Cum Spiritu paracleto
Et nunc & in perpetuum.

ARGVMENTVM.

Hic hymnus describit & celebrat aduentum Messiæ in carnem.

Dispositio vel series partium.

Prima pars continet votum, de aduentu Messiæ in carnem.

II. Exponit modum conceptionis Messiæ.

III. Tradit modum natiuitatis.

IIII. Describit personam Messiæ.

V. Explicat curriculum Messiæ in terris.

VI. docet de vsu incarnationis.

Postrema est δοξολογία.

Veni redemtor gentium) Prima pars.

Redemtor gentium) id est, Christe, per Periphrasin.

Veni) id est, appare.

OBIECTIO.

Christus est Saluator omnium hominum.

Vox gentium non complectitur omnes homines.

Ergo Christus non recte vocatur redemtor gentium.

Respon-

Respondeo. Christus vocaturredemtor gentium, per Synecdochen, quia pars pro toto, id est, gentes pro omnibus hominibus ponuntur.

Haud dubie hoc optauit Ambrosius, vt cum Iudæi tanta pertinacia Messiam repudient: ad nos gentes veniat, & Ecclesiam inter nos colligat.

Ostende partum virginis) id est, nascere de virgine, vel exhibe te verum hominem.

Miretur omne seculum) id est, homines omnium ætatum.

Miretur) id est, colat te verum DEVM, & verum hominem.

Talis partus decet DEVM) id est, modo admirabili oportet DEVM siue Messiam fieri hominem.

Vsus primæ partis.

Singuli Christiani debent hoc votum crebris suspirijs repetere: vt videlicet Messias se exhibeat in cordibus, & sui noticiam, fidem, amorem, & admirationem excitet.

II. PARS.

Conceptus est Messias sine patre, de Spiritu sancto.

Verbum) id est, Filius DEI.

Factum est caro) id est, homo.

Mystico spiramine) id est, Spiritu sancto.

Mysticus) id est, arcanus.

Fructus ventris) id est, soboles, per Periphrasin.

Floruit) id est, creuit vel profecit, per Metaphoram.

Alius tumescit virginis) id est, Maria fit prægnans, per Antonomasiam.

Claustrum) id est, decus, die verwarung.

Pudoris) id est, honoris.

Permanet) id est, pudicitia Mariæ manet inuiolata.

Vexilla) id est, signa virtutum, scilicet castitatis, pietatis, verecundiæ, &c.

Micant) id est, apparent vel conspiciuntur.

DEVS) id est, Christus, verus DEVS.

Versatur) id est, fit homo.

In templo) id est, in vtero Mariæ, tanq; in suo templo, per Metaphoram.

Procedens) id est, qui nascitur vel prodit.

De thalamo) id est, ex vtero Mariæ. Vterus Mariæ vocatur thalamus Christi, per Metaphoram, quasi dicas, similis thalamo.

Thalamo, aula) Per appositionem, id est, qui thalamus siue vterus, est aula regia.

Pudoris) id est, castitatis. Vterus Mariæ est aula regia pudoris, id est, Maria, quæ Christum in vtero suo gestauit, est ex familia regia Dauidis.

Geminæ Gigas substantiæ) Descriptio personæ Christi, in qua fœdere admirabili geminæ substantiæ, id est, duæ naturæ, diuina & humana, copulatæ vel vnitæ sunt.

Gigas) id est, heros, ex Psalmo vndeuigesimo.

Geminæ substantiæ) id est, DEVS & homo, in vna persona.

Alacris) id est, promtus, paratus ad perficiendum opus redemtionis. Hæc enim est via Christi, id est, ad hoc venit Christus, vel hoc fuit institutum Christi, vt redimeret genus humanum. Iesaiæ 49. Luce 12.

Egressus eius) Curriculum Christi.

Egressus eius à patre) id est, exiuit à patre, vel missus est à patre. Micheæ 5.

Regressus eius ad patrem) id est, rediit ad patrem, cum ascendit ad cœlos. Iohan. 16.

Excursus vsq; ad inferos) id est, descendit ad inferna. Acto. 2.

Ad inferos) id est, infernas terræ partes, supra in Symbolo Apostolico, item de ascensione Christi ex Paulo, Ephes. 4.

Ad sedem DEI) id est, iterum consedit ad dextram Dei patris.

A Equalis æterno) De effectu incarnationis Christi.

Qui sunt effectus?

I. Victoria, & triumphus de Diabolo, inferno, &c.

II. Confirmatio naturæ nostræ infirmæ.

A Equalis) id est, coëssentialis, ὁμοούσιος, vel par maiestate, potentia &c.

Rectene dicitur: Christus est similis patri?

Responsio, Hæc locutio est reiecta in concilio Nicena, propter Arianos, qui donis tantum diuinis, seu qualitate similem esse iudicabant Christum patri. Sed hæc opinio est impia: Nam Christus est æqualis, seu par patri essentia, natura, æternitate, maiestate, potentia.

Accingere) id est, accinge vel para te.

Trophæo) id est, ad trophæum. Trophæum ein Sieges zeichen / hoc loco pro victoria ponitur, per Metonymiam, quia trophæum est signum victoriæ.

Carnis

Carnis tropheo accingere) id est, vince hostes, peccatum, mortem, in carne, seu humana natura.

Firmans) id est, sana vel serua.

Infirma nostri corporis) id est, infirmitatem nostræ naturæ, seu carnis.

Virtute) id est, Spiritu tuo, vel per Spiritum tuum.

Perpetim) id est, perpetuo.

Præsepe tuum) id est, tu puer Messias iacens in præsepi, per Synecdochen. Vel, Euangelium tuum innotescit hominibus, quia per Euangelium cognoscitur Christus.

Nox) id est, ignoratio DEI, per Metaphoram.

Spirat nouum lumen) id est, vertitur in nouam DEI agnitionem.

Quod nulla nox interpolet) id est, effice, vt nulla ignorantia DEI, vel incredulitas obscuret, aut deleat veram noticiam DEI.

Interpolare) id est, instaurare vel renouare, hoc loco significat obscurare.

Fide quod iugi liceat) id est, Da, vt noticia DEI per fidem perpetuam in nobis augeatur, & conseruetur.

Iugis) id est, perpetuus.

DEO patri sit gloria) Δοξολογία, id est, celebratio DEI vnius in tribus personis.

Aiunt hanc esse compositam in concilio Niceno.

Paracleto) Systole est in voce Paracletus, vt in voce Idolum apud Prudentium, qui corripuit penultimam.

Paracletus) id est, consolator, vel aduocatus.

OBIECTIO.

Quorum nomen est commune, re ipsa non differunt.

Paracletus est nomen commune Christo, & Spiritui sancto.

Ergo re vera Christus non differt à Spiritu sancto.

Respondeo ad maiorem per Regulam Augustini: Appellationes virtutum sunt communes trium personarum, Patri, Filio, & Spiritui sancto.

IN ADVENTV DOMINI, EX CAP. IX. PROPHETÆ ZACHARIÆ.

EXulta vehementer filia Sion, iubila filia Ierusalē: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, qui quidem afflictus est, & sedet super asinum, & super pullum

pullum filium asinæ. Auferam enim currum de Ephraim, & equum de Ierusalem, & confringetur arcus belli. Loquetur enim pacem gentibus, & dominatio eius erit à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad fines terræ. Tu quoq; in sanguine Testamenti tui educes vinctos de lacu, in quo non est aqua. Reuertimini ergo ad arcem vincti spei. Hodie quoq; annuncians reddam tibi duplicia.

VEr du Tochter Sion frewe dich sehr / vnd du Tochter Jerusalem jauchtze / siehe dein König kommet zu dir / ein Gerechter vnd ein Helffer / arm / vnd reitet auff einem Esel / vnd auff einem jungen Füllen der Eselin. Denn ich wil die Wagen abthun von Ephraim / vnd die Rosse von Jerusalem / vnd der Streitbogen sol zubrochen werden. Denn er wird friede lehren vnter den Heiden / vnd seine Herrschafft wird sein von einem Meer bis ans ander / vnd vom Wasser bis an der Welt ende.

DV leſſeſt auch durchs Blut deines Bunds aus deine gefangene aus der gruben / da kein Waſſer jnnen iſt. So keret euch nu zur Feſtung / jr die jr auff hoffnung gefangen lieget. Denn auch heute wil ich verkündigen / vnd dir zweifeltiges vergelten.

ARGVMENTVM.

Eſt hæc pars Prophetiæ illuſtris deſcriptio aduentus Chriſti in carnem, ſecundum circumſtantias perſonæ, loci, modi, temporis, & finis ſiue vtilitatis inde percipiendæ.

Exordium verè eſt Euangelicum : quia excitat lætitiam. Filia Sion, & filia Ieruſalem, per Synonymiam, ſignificant cum ipſam Hieroſolymam, tum totam Eccleſiam.

Sion) mons eſt, in quo fuit arx Dauidis 2. Regum 5. Sion, proprie eſt ſpecula eine Warthe / deinde ſignificat idem quod Eccleſia.

Ieruſalem) id eſt, viſio vel doctrina pacis. Eſtq; hæc circumſtantia loci.

Quo veniet Chriſtus?

In vrbem Ieruſalem, atq; adeo ad totam Eccleſiam.

Ecce)

Ecce) Est vox attentioni inseruiens.

Rex tuus) II. Circumstantia, scilicet personæ descriptio.

Quis veniet?

Christus.

Qualis est Christus?

Primùm vocatur rex populi sui, siue Ecclesiæ.

Quare est rex?

Quia regit Ecclesiam suam, alit, pascitq; verbo suo, & tuetur ac liberat in omnibus periculis, tum iusticia & vita æterna donat.

Venit tibi) scilicet cum ingressus est vrbem Ierusalem: & hodie venit ad singulos credentes, consolans & viuificans eos. In pronomine, Tibi, Emphasis est, pertinens ad singulos Christianos, quasi dicat, Christus venit tibi, vel ad te, & singulos credentes.

Iustus) II. Christus est iustus duplici nomine, 1. per se, vel essentialiter, 2. per Metalepsin, quia efficit iustos omnes credentes.

Saluator) III. Est Saluator, id est, salutem dat nobis, vel saluat nos.

Qui quidem afflictus) IIII. Est afflictus siue humilis. Etsi enim coessentialis est æterno patri: tamen humiliauit seſe, & infra omnes homines abiecit, vt pro nobis victima fieret, id est, pateretur & moreretur.

Et sedet super asinum) V. sedet super asinum & pullum asinæ, id est, ingressus est, seu aduentum suum declarauit ingressu super asino & pullo: quo nimirum ostenderet, suum regnum non esse politicum, sed spirituale. Asinus designat populum Iudaicum, qui onere legis grauatus erat, perinde vt asinus sarcinis. Huic igitur asino insidet Christus, tanquam victor seu Dominus legis, peccati, mortis &c. quo nos inde liberemur.

Pullus filius asinæ, est typus gentium, quæ legem se tenere nullam putabant. Vtrosq; Iudæos scilicet & gentes coniungit Christus, vt vnum populum, siue vnam Ecclesiam efficiat.

Auferam enim currum) III. circumstantia, modi scilicet, quo Messias hoc regnum suum gesturus sit.

Auferam currum) id est, militaria instrumenta,

De

De Ephraim) id est, populo Israelitico, per Synecdochen, quia Ephraim fuit tantum vna tribus populi Israelitici, & hic ponitur pro toto populo.

Currus, equus, arcus belli) Congeries rerum in bello necessariarum, quasi dicat, non bellum, sed pax erit in orbe terrarum, quando venit Messias. Id, quod re euentuq; comprobatum est, scilicet imperante Augusto. Est itaq; hęc etiam temporis notatio, quo Christus venire debuit.

Loquetur pacem) id est, docebit Euangelium, de remissione peccatorum, gratis accipienda fide. Euangelium est pax, est prædicatio figurata, per Metalepsin, quia effectus ponitur pro causa. Pax conscientiæ est effectus Euangelij. Vel Euangelium est causa pacis seu tranquillitatis conscientiæ nostræ.

Quid est pax?

Pax est obligatio mutua consentientium, ne alij lædant alios. Pax est vocabulum relatiuum. Fundamentum est obligatio mutua consentientium. Terminus est ne alius alium lædat.

Ita Christus docet pacem, vel Euangelium est pax, quia docet de obligatione mutua

mutua vel consensu mutuo inter DEVM & homines. Nos offendimus DEVM peccatis nostris. DEVS vicissim offendit nos iusto iudicio puniens nos. At Euangelium dirimit has inimicitias, annuncians nobis gratiam DEI, iusticiam & salutem, propter Mediatorem Christum. Ephes. 2.

Dominatio eius erit) id est, Ecclesia erit in omnibus partibus terræ. Vbi enim Christus dominatur, ibi est verbum eius. siue Euangelium, & Ecclesia.

Tu quoq;) Apostrophæ ad Messiam, quomodo populum suum liberaturus sit & seruaturus, nempe per passionem & mortem suam.

Educes) id est, liberas.

Vinctos) id est, captiuos homines. Nos omnes vincti sumus, id est, in potestate Diaboli, & mortis sumus propter peccatum.

De lacu, in quo non est aqua) id est, ex inferno, per Periphrasin.

In sanguine testamenti) id est, vi & efficacia passionis tuæ, quemadmodum interpretatur Thomas parte tertia, quæstione 52.

In sanguine) id est, per passionem, in qua effudit Christus suum sanguinem.

Testa-

Testamenti) id est, promissionis. Id est, sicut promissum est iam ante patribus sanctis. Vel, testamenti tui, id est, mortis, per Metonymiam, quia testamentum est signum morientis, vel morituri.

Reuertimini ergo) Exhortatio ad reditum in templum, quod Iudæi tunc reparabant.

Arcem) id est, templum, vel ad Ecclesiam.

Vincti spei) qui liberationem & restitutionem expectatis.

Hodie quoq;) Clausula vel Epiphonema Christi afferentis nobis per Euangelium suum duplicia bona.

Annuncians) id est, docens Euangelium.

Duplicia) scilicet primùm liberationem à peccato & morte, secundo restitutionem iustitiæ, & vitæ æternæ. Et hic est finis siue vsus aduentus Christi.

PSALMVS. CIII.

BEnedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnium beneficiorum eius.

Qui

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos.

Qui redemit de interitu vitam tuam, qui coronat te in bonitate & miserationibus.

Qui replet bonis os tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

Faciens iustitiam Dominus & iudicium, iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Mosi, filijs Israel facta sua.

Misericors & clemens Dominus, longanimis & multæ bonitatis.

Non in perpetuum contendet, neq; in æternum irascetur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam sicut altitudo cœlorum supra terram, sic præualet bonitas eius super timentes se.

Quantum distat oriens ab occidente, remouit à nobis transgressiones nostras.

Quemad-

Quemadmodum miseretur pater filiorum, miseretur Dominus timentium se.

Quoniam cognouit ipse figmentum nostrum, recordatur quod puluis sumus.

Dies hominis sicut fœnum, tanquam flos agri sic efflorebit.

Quoniam Spiritus pertransibit eum, & non subsistet, & non cognoscet eum amplius locus eius.

Misericordia autem Domini ab æterno & vsq; in æternum, super timentes eum, & iustitia eius super filios filiorum.

His qui custodiunt testamentum eius, & memores sunt mandatorum eius ad faciendum ea.

Dominus in cœlo parauit sedem suam, & regnum eius omnibus dominatur.

Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius, audientes vocem verbi eius.

Benedicite

Benedicite Domino omnes exercitus eius, ministri eius facientes voluntatem eius.

Benedicite Domino omnia opera eius, in omnibus locis regni eius, benedic anima mea Domino.

ARGVMENTVM.

Psalmus hortatur ad gratiarum actionem pro ingentibus DEI beneficijs, tam spiritualibus quam corporalibus, priuatis & publicis.

Anima mea) id est, cor, cogitatio & sensus.

Benedic) id est, gratias age. Sententia est: Vtinam possim toto pectore gratias agere DEO, vel erumpere in laudes DEI.

Omnia quæ intra me sunt) id est, omnes affectus cordis.

Nomini sancto eius) id est, DEO, qui & per se sanctus est, & sancte à nobis vult coli. Nomen DEI est ipsemet DEVS, in verbo patefactus.

Benedic) ἀναφορὰ, id est, relatio, cum idem repetitur in principio versus, vel clausulæ.

Noli obliuisci) id est, grato animo recordare omnium beneficiorum eius.

Qui

Qui propitius est) Expositio siue enumeratio beneficiorum DEI. Primum beneficium est remissio peccatorum.

Propitius) id est, remittit.

Qui sanat) Secundum beneficium, sanatio infirmitatis nostræ. Natura imbecilles sumus, & facilè labimur, immo quotidie peccamus, nec quisquã est, qui nos erigere, solari & firmare possit, nisi solus DEVS per verbum suum, Spiritum sanctum & Sacramenta. Est igitur DEVS similis medico sananti: nos verò ægroti sumus, infirmiq; & vulnerati animo & corpore.

Qui redemit) Tertium beneficium, conseruatio vitæ.

De interitu) id est, morte & damnatione. Sententia est: Vita nostra tot malis proposita est, vt mors potius quàm vita nominari possit. Sed ne succumbamus & pereamus, solius DEI munus est, & beneficium, sicut Paulus inquit: In ipso sumus, viuimus, & mouemur.

Qui coronat te) Quartum beneficium, copia bonitatis & misericordiæ DEI.

In verbo coronandi Metaphora est, coronat te, id est, cingit & ornat tanquam serto.

Bonitate) id est, benignitate.

Miserationibus) Vere afficitur nostra calamitate, & opem salutemq; præstat.

Qui replet bonis os tuum) Quintum beneficium, copia victus. Nam replere os bonis, significat præbere vel suppeditare vel largiri victum siue cibum & potum sufficientem. Hoc est beneficium corporale.

Renouat vt aquilæ) Sextum beneficium, conseruatio virium corporis. Renouat iuuentutem, id est, conseruat te valentem & vigentem.

Sicut aquilæ) Id est, perinde vt aquila nouis viribus augetur in senecta, sicut Esaiæ 40. dicitur: Qui sperant in Domino, nouis viribus aucti volabunt sicut aquilæ. Hîc est digrediendum in Physicam doctrinam, & videndum, qui Physici tradant.

Facit iusticiam) Septimum defensio piorum & innocentium.

Facit iusticiam) id est, defendit.

Facit iudicia) id est, hostes seu nocentes punit.

Facere iusticiam est liberare iustum.

Facere iudicium est punire sontem, per Metalepsin.

Notas fecit vias suas.) Octauum, Patefactio voluntatis diuinæ, per legem seu verbum.

Moisi)

Moisi) id est, Prophetis & doctoribus, per ἀντονομασίαν.

Vias suas) id est, doctrinam de voluntate sua erga nos.

Filijs Israel) id est, populo Israëlitico.

Facta sua) id est, opera miranda siue miracula. Porro filij Israël per Synecdochen, pro omnib. Christianis ponuntur.

Misericors & clemens) Nonum beneficium, misericordia coniuncta cum clementia, longanimitate & bonitate immensa.

Dominus est misericors) id est, afficitur nostra calamitate. 2. Remittit nobis peccata. 3. Mitigat ærumnas nostras, & exitum salutarem tandem præbet.

Clemens) id est, benignus erga subiectos, egenos & opem implorantes. Sic princeps vocatur clemens, quod parcat subiectis & supplicibus, scilicet à principali parte officij. Sunt enim duæ partes officij principis.

Parcere subiectis, & debellare superbos.

Tardus ad iram vel longanimis) id est, non facile nec statim irascitur, cum à nobis offenditur.

Multæ bonitatis) id est, tam beneficus, v. exhauriri fons bonitatis eius non possit

Non in perpetuum) Expolitio præcedentis versus, clarius explicans clementiam

& bonitatem DEI. Etiamsi Deus irascitur nobis: placari tamen se finit precibus piorum, vt ex animo & memoria deleat omnem iniuriam sibi illatam.

Non secundum peccata) Alia declaratio vberior misericordiæ & clementiæ DEI.

Quoniam sicut altitudo) Hic versus est amplificatio bonitatis DEI, per comparationem cum altitudine cœlorum supra terram.

Luna distat à terra milliaribus germanicis 55040.

Sol distat à terra 1032000, quæ distantia penè incredibilis est: Sed maior multo est altitudo firmamenti, seu stellarum fixarum à terra.

Significatur autem bonitatem DEI esse immensam.

Timentes Dominum sunt Christiani, in vera fide Christi, ac timore obedientes & seruientes DEO, & proximo.

Quantum distat ortus) Hic versus alia comparatione misericordiam DEI illustrat.

Oriens distat ab Occidente signis Zodiaci sex. Iam vnum signum continet triginta gradus. Vnus gradus complectitur milliaria quindecim in terris. Sententia est: Tam procul à nobis remouet

DEVS

DEVS peccatum, quàm procul abest occasus ab ortu.

Si igitur sensus peccatorum nos vrget & angit, recordemur huius versus, qui longissimo interuallo peccatum à nobis remouet, vt nocere nobis minime possit, si fidem in Christum habemus.

Sicut miseretur pater) Tertia comparatio DEI patris cœlestis, cum patre terreno. Est autem magnum exemplum humilitatis in DEO, quod sese comparat homini vel parenti in his terris. Vt igitur parens odisse non potest liberos suos, sed amat, fouet, alit, curat, instituit, & deserere illos non potest: Sic nec DEVS pater noster odisse aut deserere nos potest, sed omnibus modis nos iuuat, &c.

Quoniam ipse nouit figmentum) Hic versus exponit causam, quæ mouet DEVM, vt nostri misereatur. Hæc est infirmitas nostra.

Nouit figmentum) Id est, concius est nostrę imbecillitatis. Sumus enim figmentū similes vasi figulino siue testaceo, quo nihil est fragilius. Exprimit hoc verbū originem hominis, quæ est de limo terræ.

Puluis) Id est, Similes puluери per Metaphoram. Vt enim puluis leui momento dissicitur: Sic homo opinione citius

ex florente statu, in interitum deturbatur.

VERSVS. (*phus?*

Quid valet hic mundus, quid gloria, quidue trium-
Post miserum funus pulvis & vmbra fumus.

Homo sicut fœnum) Hic versus comparat hominis ætatem, dignitatem, splendorem fœno seu herbæ & flori. Vt enim herba facile marcescit, & flos citò perit: Sic homo quantumuis sanus, robustus, formosus, potens & superbus facilè exuitur omni decore, & in nihilū redigitur.

Spiritus) id est, ventus, Ruah.

Non cognoscet eum amplius locus eius) id est, memoria eius penitus abolebitur.

Bonitas autem Domini) ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ. Opponit enim nostræ infirmitati atq; miseriæ, æternam DEI bonitatem in Christianos. Etsi enim magna est nostra miseria: tamen infinitis modis maior est DEI erga nos misericordia.

Iustitia) id est, fides *τrewe*, quæ est fundamentum iusticiæ, per Synecdochen.

Filios filiorum) id est, omnes posteros.

His qui custodiunt) Hic versus declarat, ad quos pertineat promissio misericordiæ & bonitatis DEI, nempe ad eos qui custodiunt testamentum DEI, & recordantur mandatorum eius.

Custo-

Custodire testamentum DEI, est seruare sermonem Christi, vt interpretatur Christus Ioan. 14. Si quis diliget me, sermonem meum seruabit.

Testamentum est idem quod fœdus seu verbum DEI, in quo essentiam & voluntatem suam declarat, & cœlestia sua bona nobis promittit, tanquam hæredibus seu filijs suis.

Porro seruare sermonem Christi est credere in Christum, & in fide obedire DEO.

Memorem esse mandatorum DEI significat præstare DEO cultus debitos. Nam mandata DEI significant præcepta de vero DEI cultu secundū Decalogum.

Dominus in cœlo) Hic versus est amplificatio potentiæ DEI immensæ.

Sedem suam) id est, potestatem iudicandi per Metonymiam, quia sedes est signum iudicij exercendi.

In cœlo) Id est, vbiq;. Nam potestas DEI non vni loco alligata est, sed diffusa per terram, per cœlū & omnia quę sunt.

Et regnū eius) Declaratio prçcedentiū verborū per συνωνυμίαν, siue çquipollentiā.

Benedicite) Repetitio propositionis, siue adhortationis ad gratiarum actionem per quandam amplificationem. An-

tea enim seipsum exuscitauit ad gratias agendum DEO: nunc verò hortatur etiam angelos & creaturas reliquas ad laudandum DEVM.

Facientes) Id est, exequentes, efficientes.

Audientes) Id est, accipientes & expedientes mandata DEI.

Benedicite) Repetitio per συνωνυμίαν.

Exercitus eius) Id est, totus chorus siue cœtus angelicus. Exercitus DEI sunt etiam Christiani in hoc mundo, qui tanquam in acie collocati dimicant cum Diabolo, mundo, & carne.

Angeli dicuntur exercitus DEI, quia circumstant thronum DEI tanquã præsidium in bello, per Metaphoram.

Angeli sunt ministri DEI, facientes voluntatem eius, id est, totos se conuertentes ad nutum & voluntatem DEI.

Quis est vsus huius partis de Angelis?

Est duplex. I. Discimus vel ex his duobus versibus, quid sint angeli, nempe creaturæ DEI spirituales: potentes virtute, conditæ ad ministerium DEI, & piorum hominum. Hebræi. 1.

II. Incidit quæstio cur Propheta hortetur

tetur angelos ad gratias agendum DEO, cum ipsi sua sponte, & sine intermissione hoc faciant?

Responsio est, Propheta propter aliud hortatur angelos, nempe propter nos homines, vt exemplo angelorum prouocati, maiori animi impetum laudes DEI prorumpamus.

Opera) Id est, creaturæ.

In omnibus locis) Id est, in toto mundo.

Benedicite omnia opera) Hic versus iubet omnes creaturas, rationales & irrationales celebrare DEVM. Ex quo Nazianzenus dulcissimè dixit in oratione de natiuitate Christi: Omnes creaturæ sunt σιγῶντες ἐπαινέται τῆς μεγαλουργίας θεοῦ, καὶ κήρυκες ἀλαμπύσιοι, id est, laudatrices tacitæ, & præcones canori magnificentiæ DEI.

Stigelius.

Aut mihi planta suis numen demõstrat ab herbis,
Et leuis est cespes, qui probat esse Deum.

Benedic anima) Επάνοδος, regressio ad principium. In Rhetoricis κύκλος. Quia Psalmus in ijsdem verbis desinit à quibus incipit.

CAPVT III. SIRACIDAE.

Filioli mei audite me patrem, &c.

Textum latinum & germanicum infra inuenies in precationibus Scholasticis.

ARGVMENTVM.

Est hic textus exhortatio ad liberos, vt officium cultumq; parentibus debitum tribuant. Argumenta ducit, ex causis efficiente, formali & finali.

Primus versus continet propositionem, quæ est: Discite, ô liberi, parentes vestros reuereri & colere.

Secundus versus causam addit à mandato Dei.

Tertius recenset vtilitates obedientiæ, siue honoris parentum: pertinet ad locum ab vtili. Similiter versus quartus & quintus.

Sextus exponit fontem, ex quo manat bonos erga parentes, qui est timor Domini.

Septimus modum honorandi parentes ostendit, pertinetq; ad causam formalem.

Octauus commemorat commoda & incommoda benedictionis & maledictionis maternæ.

Nonus antitheſin habet, id est, docet de

infa-

infamia parentum, quàm pernicioſa illa ſit liberis.

Decimus præcipit de tractandis parentibus ſenio confectis.

Vndecimus, duodecimus, & decimus tertius exaggerant commoda ſeu præmia beneficentiæ erga parentes, & contra incommoda & pœnas deſertionis & offenſionis parentum.

Filioli mei) Id eſt, pueri, puellæ, diſcipuli, adoleſcentes & iuniores. Per Antonomaſiam vel Synecdochen.

Audite me) Id eſt, diſcite à me, & obtemperate mihi.

Patrem veſtrum) Id eſt, præceptorem, vel doctorem. Nam patris appellatio complectitur etiam præceptorem, tutorem magiſtratum &c. κατ' ἐξοχήν.

Sic facite) id eſt, viuite, vel gerite vos.

Vt vobis benè ſit) Id eſt, vt placeatis DEO, & tranquillo animo, conſcientiaq; ſitis.

OBIECTIO.

Impij non honorant parentes.

Impijs eſt benè.

Ergo non honorantibus parentes eſt benè.

Nego conſequentiam, quia in minore eſt fallacia æquiuocationis. Nam alia eſt felicitas mundana, alia Chriſtiana & æterna.

Nam

Nam Dominus) Ratio à mandato Dei.

Honorat) Honos complectitur quinq; partes,

1. *Comprobationem ordinis diuini.*
2. *Subiectionem.*
3. *Reuerentiam.*
4. *Obedientiam.*
5. *Patientiam in tolerandis erratis seu nœuis.*

Et mandata matris) Distributio est Rhetorica. Nam parens distribuitur secundum species, in patrem & matrem. Deinde seorsim nominantur liberi & filij. Item duo verba ponuntur: honore affici: & mandata seruari.

Rata esse) Id est, quod mater iubet, id fieri à liberis debet.

Honorans patrem) Enumeratio vtilitatum honoris erga parentes.

Expiabit peccata) I. Vtilitas honoris erga parentes est expiatio peccatorum, id est, mitigatio calamitatum, seu pœnarum in hac vita.

OBIECTIO.

Honor parentum est opus bonum.

Honor parentum expiat peccata, sicut textus affirmat.

Ergo expiatio peccatorum est bonum opus.

Respondeo ad minorem per distinctionem: Nam expiare hoc loco non significa-

gnificat mereri remissionem peccatorum, sed impetrare mitigationem pœnarum in hac vita.

Et honorem tribuens matri) II. Vtilitas: Collectio ingentis thesauri, id est, copia multorum bonorum.

Honorans patrem lætabitur) III. Vtilitas: Lætitia ex liberorum felicitate concepta. Nam qui suos honorat parentes, is vicissim honore afficietur à suis liberis, & lætitiam ex illis percipiet.

Et inuocans exaudietur) IIII. Exauditio à DEO in tempore necessitatis.

Habebit longum vitæ spatium) V. Vtilitas siue præmium est longæuitas vitæ. Nam DEVS promittit omnibus liberis longum vitæ spacium, quotquot parentes honorant.

Et præstant Domino) VI. Fons honoris erga parentes est obedientia & timor Domini Qui enim Domino obedit, & timet illum: is honore etiam afficit parentes.

Est igitur obedientia & timor DEI fundamentum, vt aliorum operum bonorum, ita etiam pietatis erga parentes, præceptores, magistratum, &c. Hoc fundamentum fideliter iaciendum est: quod sine sedula inuocatione DEI & precatione, tum morum etiam diligenti gubernatione fieri nō potest. *Hono-*

Honora patrem tuum sermone) Modus honorandi parentes.

Quot modis honorandi seu colendi sunt parentes?

Tribus. 1. Sermon. 2. opere. 3. patientia.

Quomodo honorantur parentes sermone?

Cum verbis declaramus nostrum amorem, studium & obedientiam erga parentes. Est enim sermo character animi. Cùm ergo filius aut filia ait: Mi pater, care pater, optime pater, vel dulcissima mater: hoc ipso sermone ostendit, se ex animo diligere parentes, & velle ipsis obedire.

Sic DEVM etiam cœlestem patrem sermone colimus, cum vero animo, & fiducia mediatoris ipsum inuocamus, & patrem nostrum appellamus. Hæc enim appellatio gratissima est bono patri, & mutuam affectionem inter parentes & liberos exprimit.

Quomodo parentes honorantur opere?

Cùm liberi facto ostendunt suum amorem & obedientiam erga parentes: vel reipsa probant illis suum studium & obsequium. Opponitur autem hæc vox hypocrisi vel simulationi.

Quomo-

Quomodo honorantur parentes patientiâ?

Cùm liberi æquo animo tolerant infirmitates, nœuos, morositatem, iniurias, & alia vicia atq; errata parentum suorum.

Vt benedictione eorum fruaris) Causa finalis honoris parentum, nempe benedictio. Qui enim honorat parentes, benedictionem eorum consequitur.

Quid significat benedictio parentum?

Significat precationem bonorum seu commodorum temporalium & æternorum.

Nam benedictio) Declaratio benedictionis, & maledictionis parentum.

Benedictio) Id est, precatio felicitatis.

Ædificat) Id est, parat, auget, & conseruat domos, id est, rem familiarem, seu victum, aliaq; ad vsum domesticum, necessaria, vt sunt: Vxor, liberi, serui, & familia tota, per Synecdochen.

Maledictio) Id est, imprecatio vel execratio. Vt enim pater cum benedicit liberis, fausta illis precatur, & optat: Sic mater cum maledicit liberis, iram Dei & vindictam diuinam in eos transfundit.

Funditus euertit) Id est, dissipat & vastat omnia bona liberorum.

Ne glorieris) IX. pars capitis, continens antithesin: Hactenus docuit de honore, quem liberi parentibus tribuere debent.

Nunc addit de ignominia parentum, quam liberi summa cura vitare debent.

Gloriari de patris infamia, est afficere parentes ignominia & lætitiam ex illorum decore capere.

Non enim tibi ornamento) Ratio, quia ignominia redundat ex parentibus in liberos: Et contra bona fama parentum est ornamento liberis.

Fili mi, opem fer patri senescenti) Præceptum de modo tractandi parentes senescentes & deliros.

Quomodo tractandi sunt parentes senio confecti?

I. Liberi debent opem ferre illis, id est, leuare & lenire onus & molestias, morbosq; senectutis.

II. Nulla tristicia afficere.

III. Eleganter ferre parentum delirium, id est, patienter ferre, &, vt Cicero ait, deuorare ineptias & iniurias eorum.

IIII. Non contemnere parentes fiducia propriarum virium, id est, despicere parentes, & se illis anteponere, propter

viri-

virium robur, aut donorum præstantiam.

Cicero pro Cluentio.

Parentum iniurias non modo reticere, sed etiam æquo animo ferre oportet.

Beneficentia, quam erga patrem) Beneficentiæ erga parentes commoda exponit.

Quæ commoda percipiunt liberi ex beneficentia erga parentes?

I. Memoria eorum non deletur, id est, gratia perpetua illis redditur vel refertur. μετάλημψις est, quia memoria est causa gratiæ.

II. Bene tibi erit, id est, habebis propitium & benignum DEVM, tum bonam etiam conscientiam: etiamsi scias te esse peccatorem, sicut omnes sumus.

III. In calamitate memoria tui conseruabitur, id est, ærumnæ mitigabuntur tibi à DEO.

IIII. Peccata tua soluentur, id est, consequeris remissionem peccatorū à DEO, fiducia Christi mediatoris, cuius merito & efficacia peccatum omne euanescit: sicut glacies, vel nix à calore Solis.

Desertor patris) Vltimo repetit Antithesin de pœna desertionis & offensionis parentum.

Quæ est pœna desertionis & offensionis parentum?

Ignominia liberorum, id est, dedecus, contemtus. 2. Maledictio DEI.

Epilogus.

Quicunque igitur parentes suos, aut præceptores deserit, hoc est, negligit, aut offendit, is certò sciat, ignominiam, iramque & pœnam diuinam è vestigio ipsum esse secuturam. Quia verbum Dei non mentitur, neque irritum esse potest.

Contrà quis quis parentes & præceptores colit, & benè tractat, is gratiam à Deo, & successum in vocatione sua bonum, vel certè conscientiam tranquillam habebit.

TERTIA PARS LIBELLI.

Precationes scholasticæ.

MANÈ, primùm omnium caput vnum de Veteri Testamento legitur ordine.

Secundò recitatur Psalmus vnus de triginta hisce, ad hunc vsum delectis.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 12. 13. 18. 23. 25. 27. 30. 31. 32. 34. 37. 39. 46. 51. 65. 84. 85. 90. 91. 103. 127.

Die

Die tamen Dominica, & Mercurij pars Catechismi D. Luteri commemoratur latinè.

Tertiò oratio Dominica.

Quartò hac precatio.

OMnipotens aeterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, gratias agimus tibi, quod lucem cœlestis Verbi tui, & literarum vtilium in hac postrema mundi senecta, tam clarè liberaliterq; succendisti, eamq; apud nos etiam tanta clementia fulgere sinis. Oramus te, accende mentes nostras vt tanta tua beneficia, rectè cognoscamus, & benè quoq; illis vtamur. Custodi illustrissimum nostrum Principem, & patrem, cum inclita familia, & gubernatione Ecclesiastica atque politica: tuere caros parentes nostros, & praceptores, vt benè nobis praesint, nosq; doceant, & educent, in omni pietate, & disciplina. Tu nos quoq;, qui in hoc ludo congregati sumus, discendi causa, timorem Dei, bonas artes, & virtutem, cœlesti tua gratia, & Spiritu rege, vt in hoc mandato officij munere fideles simus, libenter audiamus, & discamus: tum debitam etiam obedientiam praestemus, & in dies singulos in doctrina, & moribus proficiamus, tibiq; aliquando in carissima nostra patria, aut alia quadam Reipublica Christiana parte, vicissim inseruire, & emolumento esse possimus. Duc & protege nos per sanctos tuos angelos, vt recta via ingrediamur, nec à Satana seduci nos patiamur. Propter filium tuum Iesum Christum, qui & ipse aliquando hoc nostrum munus scholasticum suo exemplo decorauit. Huic sit tecum, & cum Spiritu S. laus, & gratiarum actio, Amen.

Quintò: Gratias ago tibi mi pater cœlestis &c vt supra in Catechis.

Sextò: Erhalt vns HERR bey deinem Wort/ etc.

Septimò: *Decalogus, vel tertium caput Siracidæ nunc latinè, nunc germanicè per vices.*

CAPVT III. SIRACIDAE.

Filioli mei, audite me patrem vestrum, & sic facite, vt vobis benè sit.

Nam DOMINVS *vult patrem honore à liberis affici, & mandata matris vult apud filios rata esse.*

Honorans patrem expiabit peccata, & honorem tribuens matri, colligit ingentem thesaurum.

Honorans patrem lætabitur felicitate suorum liberorum, & inuocans exaudietur.

Honorans patrem suum habebit longum vitæ spatium, & præstans DOMINO *obedientiam, erit matri solatio.*

Timens Dominum honore afficiet patrem, & seruit parentibus suis tanquam Dominis.

Honora patrem tuum; & matrem tuam sermone, opere & patientia, vt benedictione eorum fruaris.

Nam benedictio paterna ædificat domos liberorum, maledictio verò materna funditus eas euertit.

Ne glorieris de patris tui infamia. Non enim tibi ornamento est patris infamia. Nam hominis gloria pendet ex patris bona fama, & liberis dedecus conciliat matris suspecta fama.

Fili mi opem fer patri senescenti, nec contrista eum quoad viuit.

Ac si

Ac si caperit delirare, eleganter feras eius delirium, nec contemnas eum fiducia tuarum virium.

Beneficentia, quam erga patrem tuum exerces, nulla oblivione delebitur, & benè tibi erit, quamuis non sis expers peccati.

Et in calamitate memoria tua conseruabitur, & peccata tua soluentur, sicut glacies à Sole.

Desertor patris ignominia afficietur, & matrem offendens erit maledictus à DOMINO.

Das 3. Capit. Jesus Syrach.

LIeben Kinder / gehorchet mir ewrem Vater / Vnd lebet also / auff das euch wol gehe.

DEnn der HERR wil den Vater / von den Kindern geehret haben / Vnd was eine Mutter die Kinder heisset / wil er gehalten haben.

WEr seinen Vater ehret / des Sünde wil Gott nicht straffen / Vnd wer seine Mutter ehret / der samlet einen guten Schatz.

WEr seinen Vater ehret / der wird auch freude an seinen Kindern haben / Vnd wenn er betet / so wird er erhöret.

WEr seinen Vater ehret / der wird desto lenger leben / Vnd wer vmb des HERRN willen gehorsam ist / an dem hat die Mutter einen trost. Wer den HERRN fürchtet / der ehret auch den Vater / Vnd dienet seinen Eltern / vnd helt sie für seine Herrn.

EHre Vater vnd Mutter / mit that / mit worten vnd gedult / Auff das jr Segen vber

dich kome. Denn des Vatern Segen bawet den Kindern heuser / Aber der Mutter fluch reisset sie nieder. Spotte deines Vatern gebrechen nicht / denn es ist dir keine ehre. Denn den Vater ehren ist deine eigen ehre. Vnd deine Mutter verachten / ist deine eigen schande.

LJebes Kind pflege deines Vaters im alter / vnd betrübe jn ja nicht so lange er lebet / Vnd halt jme zu gute / ob er Kindisch würde / Vnd verachte jn ja nicht darumb das du geschickter bist. Denn der Wolthat dem Vater erzeigt / wird nimmermehr vergessen werden / vnd wird dir guts geschehen / ob du auch wol ein Sünder bist / Vnd dein wird gedacht werden in der not / vnd deine Sünde werden vergehen / wie das eis von der Sonne.

WEr seinen Vater verleßt / der wird geschendet / vnd wer seine Mutter betrübet / der ist verflucht vom HERRN.

ANTE PRANDIVM.

Græcè primùm.

Οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι κύριε, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ. ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας.

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.

Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

τὸν

Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.

Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.

Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Ὦ κύριε θεὸς, πάτερ ἐλεήμον εὐλόγησον ἡμᾶς, καὶ ταῦτα τὰ δῶρα, ἃ παρὰ τῆς σῆς χρηστότητος μέλλομεν λαβεῖν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἀμήν.

Deinde latinè. *Oculi omnium in te sperant Domine &c.*

Tertiò germanicè. Aller Augen warten auff dich HERR/ etc.

Quartò hac precatio.

ALmechtiger/ Ewiger Gott/ gnediger Vater wir dancken dir/ für alle deine wolthaten/ die vnaussprechlich seind/ vnd vnser kaldes Hertz nicht bedencken kan/ vnd ans deiner Gnaden errinnern wir vns/ das vmb diese zeit/ do wir zu tisch gehen/ vnd deiner Güte/ vnd gaben geniessen/ dein einiger Son vnser HErr vnd Heiland Jesus Christus/ zum tode verurteilet/ ausgeführet/ vnd für vnsere Sünde/ vnd Schuld ein Opffer worden ist. Verleihe vns Himlischer Vater das wir solcher deiner wolthaten nimmermehr vergessen/ vnd aller deiner Gaben/ wol/ vnd seliglich gebrauchen/ im glauben teglich zuneh-

men / vnd durch das verdienst Jesu Christi / aus diesem zeitlichen leben eingehen in die ewige Seligkeit / vnd dich / Himmlischen Vater / mit deinem Son / vnd heiligen Geist / loben / lieben / vnd on vnterlas preisen / Amen.

POST PRANDIVM.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. τῷ διδόντι τοῖς κτήνεσι τὴν τροφὴν αὐτῶν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν. οὐκ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ ἵππου θελήσει, οὐδὲ ἐν τοῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ. εὐδοκεῖ ὁ κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, καὶ ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, ὦ κύριε θεὸς, πάτερ οὐράνιε, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ κυρίου ἡμῶν, ὑπὲρ συμπάσων τῶν εὐεργεσιῶν σου, ὧν παρέχεις, καὶ βασιλεύεις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Secundò latinè.
Tertiò germanicè.
Quartò additur hæc precatio:

O Gott wir dancken dir durch Jesum Christum / das du vns jtzund mit leiblicher Speise gesettiget hast / vnd wissen aus deinem Wort / das nicht lang nach dieser zeit / do wir vom

vom Tische satt vnd frölich auffstehen / dein einiger Son / vnser HErr vnd Heilandt Jesus Christus / für vnser Sünd vnd Schuldt am Creutz gehangen: Vnd in seiner grossen marter geschrien / vnd durst gelidden hat. Erleuchte vñ regire vnsere hertzē durch deinen heiligen Geist / das wir vns der Wolthaten Christi tröstē können / in aller widerwertigkeit / vnd anfechtung / vnd das wir durch sein verdienst selig werden / vnd dir in ewiger herrligkeit / mit frewden dancken / Amen.

ANTE COENAM.

οἱ ὀφθαλμοὶ &c.

Secundò latinè.

Tertiò germanicè.

Quartò. Allmechtiger Gott lieber Vater / wir dancken dir jtzund vnd alle zeit der Wolthaten die du vns in deinem Son vnsern HErrn Jesu Christo / erzeiget hast / vnd wir errinnern vns / das vmb diese zeit / da wir zum Abendessen gehen / dein einiger Son Jesus Christus seinen Jüngern sein Leib vnd Blut / im Brot vnd Wein zu essen vnd zu trincken geben / Vnd vns solches zugebrauchen / zu seinem gedechtnis befohlen hat. Hilff lieber Gott / das wir vns deiner wolthaten allezeit erinnern / im Glauben / vnd Liebe zunemen / geistlich vnd leiblich gespeiset werden / bis in das ewige Leben / das vns vnser HErr Christus erworben hat / Amen.

POST COENAM.

I. Ἐξομολογεῖσθε &c. *vt ante.*

Secundò latinè.

Tertiò germanicè.

Quartò. Dir sey lob/ ehr vnd danck lieber Gott vnd Vater/ für ewige vnd zeitliche Wolthaten / die du vns in deinem Son Jesu Christo beweiset hast. Denn do wir jtzund aus deiner milden Güte / vom Tische sat vnd frölich auffstehen / do ist dein Son von seinem eigenen Jünger verrahten worden / vnd hat bald hernach / vmb vnser Sünde willen / blutigen Schweis geschwitzet. Hilff lieber Gott / das wir solche angst nicht fühlen / oder / so vns vnser Sünde vnter augen stossen / das wir durch deinen Son den sieg behalten / vnd dich im ewigem Leben / mit demselbigen deinen Son/vnd heiligen Geist/ rechtschaffen erkennen / ewiglich lieben vnd loben / Amen.

Vesperi dimidia octaua primùm legitur caput Enum de nouo Testamento.

Secundò sumitur pocæniuni.

Tertiò commemoratur Psalmus Enus de 30. delectu, Die tamen Dominica & Mercurij recitatur pars Catechismi Luteri germanicè loco Psalmi.

Quartò recitatur oratio Dominica, & additur hac precatio.

ALmechtiger ewiger Gott/ Vater vnsers HErrn Jesu Christi / wir dancken dir / das du vns das Liecht deines Göttlichen Worts/vñ heilsamen Künsten in diesen letzten zeiten so klerlich vnd reichlich hast angezündet/ vnd dasselbe noch so gnediglich bey vns leuchten lesset. Wir bitten dich du wollest vnsere Hertzen entzünden / das wir solche deine

Wol-

Wolthaten von Hertzen erkennen/ vnd selig/ lich brauchen/ Vnsern Herrn/ Landsfürsten vnd Vater/ sampt der gantzen Herrschafft vnd regierung/ in geistlichen vnd weltlichen Stenden/ Auch vnsere liebe Eltern vnd Præceptores erhalten vnd sterckẽ/ das sie vns wol fürstehen/ leren/ vnd erziehen mügen/ in aller Gottseligkeit vnd zucht. Vnd auch vns/ die wir allhie in dieser Schulen versamlet sein/ Gottes furcht/ gute Künste/ vnd Tugend zulernen/ gnade verleihen/ vnd mit deinem heiligen Geist regieren/ das wir in diesem vnsern befohlenen Ampt/ trew erfunden werden/ gern hören vnd lernen/ auch schuldigen gehorsam leisten/ vnd vns von tag zu tage in Lehr vnd Leben bessern/ vnd dir in vnserm lieben Vaterland/ oder sonsten in der Christlichen gemein/ widerumb dienen/ vnd nützlich sein mügen. Leite vnd schütze vns/ durch deine heilige Engel/ das wir auff rechtem wege gehen/ vnd vns durch den Sathan nicht verführen lassen/ vmb deines lieben Sons JESU Christi willen/ der vor zeiten mit seinem eigenen Exempel diesen vnsern Schuldstand/ gezieret hat/ dem sey Ehr/ vnd danck/ sampt dir vnd dem heiligen Geist/ Amen.

Quintò, Ich dancke dir mein HERR Gott Himlischer Vater etc.

Sextò, Erhalt vns HERR bey deinem Wort etc.

Septimò, caput 17. Iohannis.

Vater/ die Stunde ist hie/ das du deinen Son verklerest/ auff das dich dein Son auch

auch verklere. Gleich wie du jm macht hast gegeben / vber alles Fleisch / auff das er das ewige Leben gebe / allen die du jm gegeben hast. Das ist aber das ewige Leben / das sie dich / das du allein warer Gott bist / vnd den du gesand hast / JEsum Christum / erkennen.

JCh habe dich verkleret auff Erden / vnd vollendet das Werck / das du mir gegeben hast / das ich thun solt. Vnd nun verklere mich du Vater bey dir selbst / mit der Klarheit die ich bey dir hatte / ehe die Welt war. Jch habe deinen Namen offenbaret den Menschen / die du mir von der Welt gegeben hast. Sie waren dein / vnd du hast sie mir gegeben / vnd sie haben dein Wort behalten. Nun wissen sie / das alles / was du mir gegeben hast / sey von dir. Denn die Wort die du mir gegeben hast / habe ich jnen gegeben / vnd sie habens angenommen / vnd erkandt / warhafftig / das ich von dir ausgegangen bin / vnd gleuben / das du mich gesandt hast.

JCh bitte für sie / vnd bitte nicht für die Welt / sondern für die / die du mir gegeben hast / denn sie sind dein. Vnd alles was mein ist / das ist dein / vnd was dein ist / das ist mein / Vnd ich bin in jnen verkleret / vnd ich bin nicht mehr in der Welt / sie aber sind in der Welt / vnd ich komme zu dir. Heiliger Vater / erhalte sie in deinem Namen / die du mir gegeben hast / das sie eins sein / gleich wie wir. Dieweil ich bey inē war in der Welt / erhielt ich sie in deinem Namen die du mir gegeben hast / die habe ich bewaret / vnd ist

keiner

keiner von jnen verloren / on das verlorne Kindt / das die Schrifft erfüllet würde.

NV aber komme ich zu dir / vnd rede solches in der Welt / auff das sie in jnen haben meine frewde volkomen.

JCh habe jnen gegeben dein Wort / vnd die Welt hasset sie / denn sie seind nicht von der Welt / Wie denn auch ich nicht von der Welt bin. Jch bitt nicht das du sie von der Welt nemest / Sondern das du sie bewarest für dem vbel. Sie sind nicht von der Welt / gleich wie ich auch nicht von der Welt bin / Heilige sie in deiner Warheit. Dein Wort ist die Warheit. Gleich wie du mich gesand hast in die Welt / so sende ich sie auch in die Welt / Jch heilige mich selbst für sie / auff das auch sie geheiliget sein in der Warheit.

JCh bitte aber nicht allein für sie / sondern auch für die so durch jr Wort an mich gleuben werden / auff das sie alle eins sein / gleich wie du Vater in mir / vnd ich in dir / das auch sie in vns eins sein / Auff das die Welt gleube / du habest mich gesandt. Vnd ich habe jnen gegeben die Herrligkeit / die du mir gegeben hast / das sie eins sein / gleich wie wir eines sind. Jch in jnen / vnd du in mir / auff das sie volkomen sein in eines / vnd die Welt erkenne / das du mich gesand hast / vnd liebest sie / gleich wie du mich liebest.

VAter ich wil / das / wo ich bin / auch die bey dir sein / die du mir gegeben hast / das sie meine Herrligkeit sehen / die du mir gegeben

hast /

hast / Denn du hast mich geliebet / ehe denn die Welt gegründet ward. Gerechter Vater / die Welt kennet dich nicht / Ich aber kenne dich / vnd diese erkennen / das du mich gesandt hast. Vnd ich habe in deinen Namen kundt gethan / vnd wil jn kundt thun / auff das die Liebe / damit du mich liebest / sey in jnen / vnd ich in jnen.

Vel symbolum Apostolicum, Et in Cateh: Vel Nicenum:

Credo in Vnum DEVM, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, Visibilium omnium, & inuisibilium.

Et in Vnum Dominum Iesum Christum, filium DEI Vnigenitum, & ex patre natum, ante omnia secula: DEVM de DEO, Lumen de lumine, DEVM Verum de DEO Vero: genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu S. ex Maria Virgine: Et HOMO factus est: Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus & sepultus est: & resurrexit tertia die secundum scripturas: & ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram DEI Patris, & iterum venturus est in gloria, iudicare Viuos & mortuos, cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum S. Dominum, & Viuificantem: qui ex Patre Filioq; procedit: qui cum Patre, & Filio, simul adoratur & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et Vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor Vnum Baptisma, in remissionem peccatorum: & expe

cto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi, Amen.

Bibliorum lectio fit hoc ordine.

Manè leguntur de Veteri Testamento libri Didactici id est doctrinales, nempe Pentatechum Mosi, Prophetæ, & Psalmi.

In Prandio libri historici, vt Iosuæ, Iudicum, Ruth, Samuelis, Regum, Paralipomenon sive Chronicorum, Esdræ, Nehemiæ, Tobiæ, Iudith, Esther, Maccabæorum, Ecclesiastes, Sapientia, Siracides.

Vesperi libri noui Testamenti.

In cœna verò legitur pars Chronici Philippi, vel historiæ Iustini.

FINIS.

Digitized by Google